¶ Et quia ſumꝰ redempti ſanguine domini : ideo non debemus voluptati noſtre ſatiſfationem facere . ſed preceptis eius pro ſalute noſtra noſmetipſos onerare ⁊ iugit applicare. Unde dauid, Preceptum domini lucidum illuminans oculos meos. O domine memento noſtri in graui iſto corpore. ideſt corruptibili: qui es defenſor anime:o tu domine adeſto nobis.ideſt eſto ad defenſionem noſtram.

¶ Carmen eſt quale illud Primo dierum . Canitur ad horas veſpertinas feria ſecunda . Alludens ad illud Geneſis ꝑmo:ꝙ aquę ſuperiores ab inferioribus ſunt diſtinctę.petit vt lumine fideli illuſtremur.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

IMmenſe cœli conditor:
Qui mixta ne cōfunderet:
Aquę fluenta diuidens:
Cœlum dediſti limitem.

¶Materia huius hymni eſt inuocatio quā facit autor: vt quēadmodum chriſtus aquas ab aquis in ſecūda die ſeparauit. partem in terra reliquit ⁊ partem in celo attulit ꝓpter nimietatem aque. ideo quia terra confuſa erat: ⁊ ne calor ſolis diſſiparet res mundanas: ita diuidat mētes noſtras ad malis operibus. Sed queritur cur partem attulit in celum: ⁊ ad quid celum igneum eſt. Ignis leuis materie eſt. ⁊ ideo ſi non interpoſuiſſet aliud elementum: puta aquam: ignis totam terram leuiter combureret. Et ſi queratur qualiter aque manent ſuper ignē. Auguſtinus dicit ꝙ fortitudo ignis aquam coagulat ⁊ coarctat. Itē queritur ſi celum mobile eſt ⁊ rotundum: quomodo aque manent ſurſum. Ambroſius dat hoc exemplum: quia multa corpora exteri⁹ ſunt rotunda que interius ſunt quadrata ⁊ ſic poteſt eſſe celum. Celeſtes namq̧ nature ignee ſunt. Unde ſpiritus dicitur purus ether: quia rogus. i. ignis. Unde niſi vnda ſuperioris ⁊ īferioris aque etheraꝫ ſiue ignem temperaret totam terram incenderet ⁊ ruptam in puluerem diſſiparet. O chriſte conditor immenſe. i. ſine menſura: celi qui diuidens fluenta aque. ideſt aquarum curſus: ne confunderet mixta ſuper faciem terre. i. confuſionem faceret: celum dediſti limitē. i. terminum inter aquas ſuperiores ⁊ inferiores.

Firmans locum cœleſtibus:
Simulq̧ terræ riuulis.
Vt vnda flammas temperet:
Terræ ſolum ne diſſipent.

¶Tu dico firmās locum inter aquas celeſtes ⁊ aquas terreſtres: celeſtib⁹. i. angelis vel aq̄s ⁊ ſimul riuulis terre. i. fluminibus vel peccatorib⁹: vt vnda. i. aqua tēperet flāmas. i. ignē firmamēti: ne flāme diſſipent ſolum terre: ſolum. i. ſoliditatem.

Infunde nunc piiſſime:
Donum perennis gratiæ:
Fraudis nouę ne caſibus:
Nos error atterat vetus.

¶O tu piiſſime infunde nunc. i. in preſenti: donum perennis gratie. i. ſpirituſſancti: ne error idolatrie vel originale peccatum. vetus. ideſt antiquus. atterat. ideſt conterat nos caſibus noue fraudis. i. hereſis vel diaboli. noue dicit: quia nullus alius peccauerat per originale peccatum.



Miniſterio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Fides noſtra inueniat lucē tuam o chriſte: ⁊ inueniendo ferat iubar. ideſt ſplendorem luminis. ideſt ſpirituſſancti. ⁊ ferendo iubar tribuat ſe nobis: hec. i. fides terreat cūcta vana. i. cunctam prauitatem hereticam: nulla falſa comprimant. i. deprimant hanc ſcilicet fidem.

Lucem fides inueniat:
Hęc luminis iubar ferat.
Hęc vana cuncta terreat:
Hanc falſa nulla comprimant.

¶ Carmen eſt quale illud Primo dierum. Canitur ſecunda feria ad horas nocturnas. Hortatur nos vt ſurgamus ad orationem qua deum confiteamur: & peccatorum veniam petamus.

¶ Materia huiꝰ hymni eſt qđ debemus ſurgere delecto. ideſt de peccato: ⁊ deprecari deum vt dimittat nobis peccata noſtra: ſcilicet preſentia: preterita: ⁊ futura. ¶ Cum facimus inuocationem ad deum patrem: ſic debemus dicere. O deus pater refectis artubus ſomno: ideſt ſenſibus noſtris repletis in mundana delectatione. ſurgamus ſpreto cubili. ideſt ipſa delectatiōe. quia poſtquam fuerint membra noſtra refocillata ſomno ⁊ reparata virtute debemus cum indignatione ſpernere: ⁊ ad dei ſeruitium feſtinare: ⁊ tunc deus aderit nobis: depoſcimus. ideſt deprecamur te adeſſe. ſcilicet preſentem. nobis canentibus. ideſt laudantibus.

Somno refectis artubus:
Spreto cubili ſurgimus.
Nobis pater canentibus:
Adeſſe te depoſcimus.

¶ Et ideo nō ſolum corde: ſed etiam lingua te deprecamur. o domine lingua noſtra concinat ideſt laudet: te primū. ideſt maxime ſuper omnia: ardor. ideſt amor mentis noſtre. ambiat. id eſt deſideret te. ⁊ ad qđ? vt tu ſancte pater: ſis exordium. ideſt principium noſtrorum actuum ſequentium: vt omis noſtra actio a te ſemper incipiat: ⁊ per te incepta finiatur.

Te lingua primum concinat:
Te mentis ardor ambiat.
Vt actuum ſequentium:
Tu ſancte ſis exordium.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Cedant tenebræ lumini:
Et nox diurno ſyderi.
Vt culpa quam nox intulit:
Lucis labeſcat munere.

¶ Tenebre.i.vitia ⁊ peccata.cedant.ideſt locum dent: lumini.ideſt chriſto.⁊ nox ſupple cedat diurno ſyderi.ideſt ſoli . vt culpa. ideſt peccatum quam nox intulit nobis.ideſt diabolus labeſcat.ideſt euaneſcat munere . ideſt gratia.lucis.ideſt chriſti vel ſpiritusſancti.

Precamur idem ſupplices:
Noxas vt omnes amputes.
Vt ore te canentium:
Lauderis in perpetuum.

¶ Nos ſupplices.i.hũiles.precamur idẽ.i.illud/⁊ ad quid: vt amputes.i. auferas omnes noxias .i. omnia peccata ⁊ vitia. vt lauderis in perpetuum ore canentium te.

¶ Carmẽ eſt quale illud Primo dierũ. Canit̃ feria ſcd̃a ad laudes matutinas. Aduentante luce: filiũ qui eſt ſplendor patris: deinde patrem ipſum multa petẽs implorat.

Splendor paternæ gloriæ:
De luce lucem proferens.
Lux lucis & fõs luminis:
Dies diem illuminans.

¶ Materia huius hymni ẽ patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti credulitas ⁊ tantũ pater ſit in filio: et ⁊ fili⁹ in patre: ⁊ ſpiritusſanct⁹ procedẽs ab vtroq3: ⁊ per hanc credulitatem rogamus vt confirmet.i.cõferat nobis ſuã gratiã: vt ſit nobis cibus ⁊ pot⁹. O chriſte qui eſt ſplẽdor paterne glorie.i.per patrẽ glorificatur. proferens lucẽ .i.ſpiritũſanctũ: de luce.i.de patre: vel ꝓferens.i. manifeſtans: lucẽ.i. teipſũ eternã lucẽ veniẽtẽ in hũc mũdũ de luce paterna. O lux.i.fili⁹ lucis.i.patris.⁊ fons ⁊ origo luminis: vel ſpũſſancti.tu dico dies illuminans diẽ i.illos quos predicatione apoſtoloꝝ facis illuminari.

Veruſq3 ſol illabere:
Micans nitore perpeti.
Iubarq3 ſanctiſpiritus:
Infunde noſtris ſenſibus.

¶ Et tu o chriſte qui es verus ſol illabere.i.deſcende: micans nitore perpeti.i. ꝓpe tuo lumine eterno infunde.i. mitte : iubar.i.ſplendorem ſpiritusſancti noſtris ſenſibus.i.noſtris mentibus: ⁊ non ſolum vocemus te filium: ſed patrem.



Miniſterio de Educación, Cultura y Deporte

Votis vocemus te patrem:
Patrem perennis gloriæ.
Pater potentis gratiæ:
Culpam relegat lubricam.

Et non ſolum vocemus te filium: ſed votis vocemus: ideſt precemur cum deſiderio. vocemus inq̃ te patrem perennis glorie ⁊ perpetue: quia infinita erit. et vocemus/ vt pater potentis gratie: relegat. ideſt reſtringat vel mittat in exilium: culpam lubricam. ideſt libidinem que facit hominem cito labi de bono ad malum.

Informet actus ſtrenuos:
Dentem retundat inuidi.
Caſus ſecundet aſperos:
Donet gerendi gratiam.

Dixi inuocemus: ⁊ quare? vt pater informet. i. cōponat act⁹: ſtrenuos. i. honeſtos. ſ. bonas opationes: ⁊ retūdat. i. frangat: dentē. i. fortitudinē: inuidi. i. diaboli. ⁊ quemadmodum aliquis mordet eſcam: ita diabolus mordet ⁊ ſeducit chriſtianos operando mala in eis: ⁊ ſecundet. i. faciat ꝓſperos caſus noſtros aſperos. i. caſtigando nos piiſſime faciat ſecundare: donet nobis gratiam gerendi. ideſt patiendi eoſdem caſus aſperos.

Mentem gubernet & regat:
Caſto fideli corpore.
Fides calore ferueat:
Fraudis venena neſciat.

Modo cōuertit ſe ad fideles: quaſi dicat: filius infundat in nobis iubar ſcti ſpūs: ⁊ act⁹ nr̃os dirigat ⁊ gubernet: mētē. i. aīam nr̃am: ⁊ regat eā caſtam in fide catholica: fideli corpore ſcĕe eccleſie. vt fides nr̃a ferueat. i. ardeat calore charitatis vel amore ſpiritusſancti: neſciat venena. i. hereſes: fraudis. i. diaboli.

Chriſtuſq; nobis ſit cibus:
Potuſq; noſter ſit fides.
Leti bibamus ſobriam:
Ebrietatem ſpiritus.

Ut mens ſit neſcia fraudis: chriſtus ſit nobis cibus. i. predicatio dei que reficiat nos. i. mētes nr̃as: vt cibus reficit corp⁹ ⁊ hac comeſtione. i. predicatiōe habeamus potum. i. fidē. Fides eſt charitas predicationis ꝙ pro ⁊: chriſtus ſit cibus celeſtis: ⁊ fides. ſ. catholica ſit noſter potus leti. i. alacres vel hilares. bibamus ſobriā ebrietatem. i. temperatam. ſcilicet infuſionem ſpiritusſancti: vt nos ſeruet a peccato. Et ebrietas ſpiritus eſt ſobria. i. temperata ⁊ modeſta: q2 hoīes inflāmat amore dei: ⁊ ſeruat ab amore peccati; q2 ſicut

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ille qui eſt ebrius obliuioni tradit omnia: nec recordat: ſic qui plen⁹ eſt ſpūſcto vel gratia ſpūſſancti: oīa mundana obliuiſcitur.

Lætus dies hic tranſeat:
Pudor ſit vt diluculum.
Fides ſit vt meridies:
Crepuſculum mens neſciat.

Hic dies. i. preſens vita: leta trāſeat. i. extermineť: letus dies. i. chriſtus adueniat ad nos: et pudor. i. caſtitas: ſit vt diluculū. i. vt aurora luceat. Antonius. vt diluculum. alludit potius ad auroræ colorem purpureum: qui pudorem ⁊ pudicitiam ſignificat: cuius cuſtos eſt pudor ſiue rubor: fides ſit velut meridies: ⁊ ferueat amore ſpirituſſancti ſicut meridies feruet: ⁊ mēs crepuſculū neſciat. i. peccatū: qꝛ crepuſculū eſt lucis. i. diei finis ⁊ noctis principium.

Aurora curſus prouehit:
Aurora totus prodeat
In patre totus filius:
Et totus in verbo pater.

Aurora. i. pater prouehit curſus. i. ducit filiū ſuū ad ſui ſuperiora: aurora prodeat. i. manifeſtetur totus in ſubſtantia deitatis: quia filius in ſubſtantia deitatis totus eſt in patre: ⁊ pater totus in verbo. i. in filio: quia totus vnus eſt deus.

Carmē eſt quale illud Primo dierū. Caniť feria. iii. ad nocturnas horas per noctis tenebras. petit a chr̄o: qui eſt vera lux vt ignorantię tenebras & ſomni deſidiam a nobis diſcutiat.

Conſors paterni luminis
Lux ipſe lucis & dies.
Noctē canēdo rūpimus:
Aſſiſte poſtulantibus.

Materia huius hymni eſt reſurrectio noctis: ⁊ ſicut nos ſurgendo rumpimus noctem: ita chriſtus ſurgēdo rupit mortē. i. vicit peccatum: vel ſicut dies adueniens noctis vmbram effugat ſic adueniente vero lumine. ſcilicet chriſto. ipſe chriſtus / vitiorū. i. peccatorum tenebras effugauit: ⁊ totum mundum illuminauit. O chriſte conſors. i. equalis vel conſcius eius nature: qꝛ eſt pater: quia vnum eſt nomen patris ⁊ filij ⁊ ſpirituſſancti: paterni luminis: tu in quā chriſte conſors luminis: tu ipſe lux. i. filius lucis. i. patris: ⁊ dies dierum vel omnium luminum: rūpimus noctē. i. peccatū. canendo. i. laudando te. Et ideo aſſiſte poſtulantibus te cum precibus.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Aufer tenebras.i.ignorãtias mentium noſtrarum: fuga caternas demonum.i.turbas malignorum ſpirituũ: expelle ſomnolentiam.i.anime pigritiam: ne illa ſomnolentia.i.peccatorum dormitio vel negligentia: obruat.idest precipitet pigritantes.i.in peccatis dormientes.

Aufer tenebras mentium:
Fuga cateruas dęmonum.
Expelle ſomnolentiam:
Ne pigritantes obruat.

¶ Sic.i.taliť: o xp̄e indulgeas.i.miſercaris oĩbus credẽtibus nobis.vt qđ precinẽtes.i.laudãtes: pſallimus ore: ſcilicet ⁊ corde: ꝓſit exorantibus.i.ꝓficiat nobis deprecantibus.

Sic chriſte nobis omnibus
Indulgeas credentibus.
Vt proſit exorantibus:
Quod pręcinentes pſallimus.

¶ Carmen eſt quale illud Primo dierum. Canitur ad laudes matutinas feria tertia. Quia quemadmodum gallus nos a ſomno excitat ita & chriſtus a ſocordia, deinde chriſti miſericordiã implorat. Hic hymnus eſt prudentii clementis ex libro qui ab illo inſcribitur cathemerion, ideſt per horas diei ad gallicantum.

¶ Materia huius hymni eſt exhortatio chriſti ad nos: vt ſurgamus a viciis ⁊ adhercamus virtutibus. ⁊ premittit exemplum alitis.i.galli. Sicut enim galli cantus nos excitat vł vocat ad diem venientem. ſic chriſtus excitat mentes noſtras ⁊ vocat nos ꝑ ſcripturas ſacras ad opera virtuoſa prenuncians ꝙ in proximo eſt venturus. eius vero aduentus temporis ignoratur. Unde bene dicitur. Surgite ⁊ vigilate qꝛ neſcitis diem neqꝫ horam. ꝛc. Ales.i. gallus nuncius diei precinit.i. predicit lucem.i.diem nobis propinquã chriſtus excitator mentium noſtrarum vocat nos ad vitam. iam.i. iam ad ſe vocat nos.

ALes diei nuncius:
Lucẽ ꝓpinquã p̄cinit.
Nos excitator mentiũ:
Iam chriſtus ad vitam vocat.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Auferte clamat lectulos
Aegros ſopore deſides.
Caſtiq; recti ac ſobrii
Vigilate; iã ſum proximus.

¶ Chriſtus clamat.i.vocat ⁊ ꝑcipit nobis dicẽs.auferte.i.relinquite lectulos dicens: o deſides ideſt pigri relinquite lectulos egros.i.carnalitatem vel corda veſtra.ſopore ideſt peccato irretitã: aut in ſequẽtes libidinẽ. Et vigilate caſti nõ petulantes/ recti nõ tortuoſe/ſobrij nõ ebrie. Et bene debetis facere hoc: qꝛ ego chriſtus iam ꝓximus ſum vobis. Vel ſecundum aliam litterã. O caſti anima ⁊ corpore: ⁊ o recti v̾bo ⁊ opere.i. temperati cibo ⁊ potu: vigilate/ iam ſum proximus.

Ieſum ciamus vocibus
Flentes precantes ſobrie.
Intenta ſupplicatio
Dormire cor mundum vetat.

¶ Et quia chriſtus eſt ꝓximꝰ o fratres: ciamus ideſt vocemꝰ ieſum: vos dico flentes precantes: ideſt cũ fletu rogantes illũ ſobrie.i.cũ ſobrietate ſine omni feditate intenta ſupplicatio: id eſt aſſidua deprecatio.vetat cor mundũ dormire: ideſt in aliquo mortali peccato manere.

Tu chriſte ſomnum diſcute:
Tu rumpe noctis vincula.
Tu ſolue peccatum vetus:
Nouumq; lumen ingere.

¶ O tu chr̄e diſcute.i.diſſipa.vł diſcute.i.diuide ſomnũ.i.pctm vel diabolũ: ne nos decipat. et tu rũpe diſcutiẽdo vincula noctis.i.diaboli vel penas iferni q̃ dicunt̃ nox: vt nos nõ decipiãt.tu ſolue pctm vetꝰ.i.originale: ⁊ igere ideſt immitte nouũ lumen.i.ſpũmſanctum q̃ dicitur nouus: quia eijciendo a nobis vetera ⁊ peccata nos renouat lumine gratie.

¶ Carmen eſt quale illud Primo dierũ. Canit̃ ad horas veſpertinas feria tertia: quo die quia terra ꝓtulit herbã virentẽ petit noſtra peccata gratiæ vigore mundari.

TElluris ingẽs conditor:
Mũdi ſolũ qui eruens:
Pulſis aquæ moleſtiis:
Terram dediſti immobilem.

¶ Materia huiꝰ hymni eſt deprecatio quã facimꝰ ad deũ: vt ſicut deus pater fecit celũ ⁊ terram. ⁊ diuiſit ſuperiora ab inferioribus ita ſua pietate nr̄a peccata dimittat: et ſicut dedit terrã immobilẽ vt faceret fructum gratũ: ita faciat mẽbra noſtra acceptabilia ad fructificandũ ſibi. O ingens

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

coditor telluris.ideſt totius orbis.qui eruens.i.diuidēs.ſolū mundi ab aquis.ſcꝫ ab inferioribus ⁊ a ſuperioribus.atq̧ pro ⁊. dediſti terram immobilē ⁊ hoc pulſis moleſtijs.i. elementis que valde moleſta erant dū inter ſe eſſent confuſa.ideſt ſimul mixta.

¶ Ut illa terra ſcꝫ pferēs.i.pducens:germē aptū.i.cōgruum hoībus:ſiſteret.i. pmaneret:fecūda.ideſt abundans ⁊ fertilis. fructu acceptabili. Illa dico decora: ideſt ſpecioſa fuluis floribus.ideſt rubeis ⁊ albis.q̧.pro ⁊:redderet gratum paſtum.ideſt cibum acceptabilem tam hominibus q̄ pecudibus.

Ut germen aptum proferens:
Fuluis decora floribus:
Fœcunda fructu ſiſteret:
Paſtumq̧ gratum redderet:

¶ O chriſte mūda.i.purga vulnera peruſte mentis.i. peccata vel flāmas anime peccatricis. et hoc gratia vigoris.i.ſpiritusſancti: vt diluat facta.ideſt emēdet peccata commiſſa. fletu:ideſt gemitu.q̧ pro ⁊: atterat ideſt auertat.prauos motus.ideſt refrenet noſtros prauos actus.

Mentis peruſtæ vulnera
Munda vigoris gratia.
Ut facta fletu diluat:
Motuſq̧ prauos atterat.

¶ Et mēs illuminata obtēperet iuſſis tuis.i.obediat mādatis tuis:⁊ nō approximet.i.non accedat vel appropinquet malis vllis. ſcilicet operibus: ſed gaudeat impleri bonis operibus: et neſciat actum mortis.ideſt non cognoſcat mortale peccatum vel penas inferni.

Iuſſis tuis obtemperet:
Nullis malis approximet.
Bonis repleri gaudeat:
Et mortis actum neſciat.

¶ Carmē eſt q̄le illud Primo dierū. Canit̄ ad horas nocturnas feria.iiii. Surgētibus per noctis ſomnū ad confitendum chriſto:petit peccatorū condonationem.

¶ Materia huius hymni eſt inuocatio ad deū:vt digneť criminib⁹ noſtris ignoſcere: vt ſicut ſurgimus de lecto ⁊ rūpim⁹ noctem: ſic chr̄us rūpat peccata.

Rerum creator optime:
Rectorq̧ noſter aſpice.
Nos a quiete noxia:
Merſos ſopore libera.

O optime creator omnium rerum.⁊ o rector noſter aſpice nos:ideſt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

libera nos a quiete noxia : quia que carnem oblectant : noxia ſunt ſancte anime:nos dico:libera.ideſt redime:merſos.ideſt obrutos:ſopore:ideſt peccato.

Te ſancte chriſte poſcimus:
Ignoſce tu criminibus.
Ad confitendum ſurgimus:
Moraſqꝫ noctis rumpimus.

¶ Ideo poſcimus.i.depcamur te:o ſancte chriſte ignoſce. ideſt parce culpis oı̄bus vel ignoſce tu criminibꝰ noſtris omnibus.ſurgimus de virtute in virtutem:ſcilicet cōfitendo peccata.et rumpimus moras. ideſt impedimenta:noctis ideſt diaboli.

Mentes manuſqꝫ tollimus:
Prophetam ſicut nouimus.
Nobis gerendum pręcipit:
Pauluſqꝫ geſtis cenſuit.

¶ Tollimus.i.ſubleuamꝰ mentes:ideſt cogitationes: ⁊ manꝰ ideſt operationes.ſicut nouimꝰ ꝓpheram.ſ. dauid ꝗ precipit.i. iubet nos gerendū.i.faciēdum dicens.Media nocte ⁊c.Et paulꝰ cēſuit.i.ſcripturis ſuis indicauit dicens.Hora eſt nos iam de ſomno ſurgere.geſtis.i.factis.

Vides malū quod geſſimus:
Occulta noſtra pandimus.
Preces gementes fundimus:
Dimitte quod peccauimus.

¶ O deus vides malū qđ geſſimus.id fecimus:⁊ ideo pandimus occulta nr̄a.i. peccata.ſcꝫ per confeſſionē.gementes.i.ſuſpirantes fundimꝰ tibi p̄ces.et ideo dimitte ideſt dona:quod peccauimus.i.deliquimus.

¶ Carmē eſt quale illud Primo dierū. Canit̃ ad laudes matutinas feria quarta. Hymnus eſt prudentii ex libro qui cathemerion inſcribitur.

NOx tenebrę & nubila:
Cōfuſa mūdi & turbida:
Lux ītrat: albeſcit polꝰ:
Chriſtus venit diſcedite.

¶ O nox: ideſt diabole ⁊c. Nox aliquando accipitur pro ira.pro tempore.pro diabolo.et pro obſcuritate: et ideo o tenebre ideſt o peccata. ⁊ nubila diſcordie hereticorum:⁊ turbida mūdi.ideſt turbationes ⁊ ſeditiones. confuſa ideſt permixta. diſcedite ideſt recedite: quia ſicut nox diem: ſic peccata iuſticiam:et diabolus chriſtum fugit. Recedite inq̄ ⁊ bene debetis:quia chriſtus exiſtens lux intrat mentes fidelium. polus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ideſt corpus albeſcit.ideſt niteſcit bonis operibus. quid dicā per ſingula.chriſtus venit in corda noſtra.

Caligo terræ ſcinditur
Percuſſa ſolis ſpiculo.
Rebuſq; iam color redit
Vultu nitentis ſyderis.

¶Caligo terre.i.obſcuritas noſtra.ſcindit.i.diuidit.vel ſecreta hereticoꝝ caligo dico: percuſſa ſpiculo ſolis aſpectu chriſti.i.diuino verbo:et color.i.vigor ſpirituſſancti qui receſſit ꝓpter preſentiam tenebrarum:iam redit animabus noſtris: vultu nitentis ſyderis: ideſt ſplendore ſpirtuſſancti/ qui eſt verus ſol.

Te chriſte ſolum nouimus.
Te mente pura & ſimplici
Flendo & canēdo quęſumus:
Itende noſtris ſenſibus.

¶ O chr̄e nouimꝰ te ſolū redēptorem ⁊ illuminatorem ⁊ non aliū.pura mēte ⁊ ſimplici:ideſt ſine hypocriſi.q̄ſumꝰ flēdo pc̄ta: ⁊ canendo.i.laudādo te.intēde: ideſt prebe aſſenſum. noſtris precibus:ideſt intentionibus.

Sunt multa fucis illita:
Quæ luce purgentur tua.
Tu lux eoi ſyderis:
Vultu ſereno illumina.

¶Multa.i.multe virtutes ſunt illita nobis.i. iuncta vel vncta fucis.i.falſis coloribꝰ.Fucus dicitur falſus color qui mixtꝰ inter veros colores obfuſcat eos: que omnino purgentur tua luce.i.tuo ſplēdore.bene dico tua luce.qꝛ o tu chriſte es lux eoi ſyderis.i.oriētalis ſcilicet patris:et ideo illumina nos ſereno vultu.ideſt claritate ſpirituſſancti.

¶ Carmen eſt quale illud Primo dierum. Canitur ad horas veſpertinas quarta feria: in qua ſol & luna creati ſunt. Itaq; illorum officia cōmemorat:petitq; cor noſtrum illuſtrari.

COeli deus ſanctiſſimæ:
Qui lucidū centrū poli
Candore pingis igneo:
Augens decoro lumine.

¶Materia huiꝰ hymni eſt laus quā cōſona voce.ſ.corde ⁊ opere tenemur deo perſoluere ideo ſcȝ qꝛ ad vtilitatē noſtri oīa cōſtruxit ⁊ fecit vt celū ⁊ terram ⁊ multa alia. Primo fecit celū ⁊ terram:poſtea mare quarta die ſolē et lunā ⁊c. Itē vt ad brauium ſue remunerationis nobis pateat acceſſus p̄terita ⁊ preſentia dimittēdo peccata:nos ad ſui amorē faciat

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

peruenire. O ſanctiſſime deus celi qui pingis.i.decoras. lucidū polli centrū.i.ſpaciū vel punctū poli. vel zodiacū p quē ſigna decurrūt: zodias aial interpretat̄: centrū eſt medietas ſphere. hic poſuit centrū pro celo.i.partē ꝑ toto. igneo cādore.i. ſplēdore tu dico augēs decoro lumine.i.claritate.ſ.centrū poli cum pictura.ſ.claritate ſtellarum.

Quarto die qui flammeam:
Solis rotam conſtituens:
Lunæ miniſtrans ordinem:
Vagoſq; curſus ſyderum:

¶ Tu qui conſtituēs rotis ſolis flāmeam.i. ardentē quarto die. Notādum eſt ꝙ per quattuor dies mūdus ſine ſole permāſit. Prima die facta ē āgelica creatura. Secunda die celū ⁊ aer. Tertia die terra ⁊ aqua. Quarta die ſol ⁊ luna. Quinta die piſces et aues. Sexta die animalia et homines. Et tu es miniſtrans. ideſt tribuens ordinem lune. ⁊ vagos ideſt varios ſyderum curſus. ideſt ſtellarum motus: quia non currunt curſu eodem ſemper ſtelle vel quantum ad planetas eſt vagus curſus. Alius eſt enim curſus lune: alius curſus ſolis: alius ſyderum.

Vt noctibus vel lumini:
Directionis terminum:
Primordiis vt menſium:
Signum dares notiſſimum.

¶ Et quare vt luna dare terminum directionis: ideſt ſeparationis vel diuiſionis noctibꝰ vel etiam lumini diei vt daret notiſſimum ſignū primordijs: ideſt principijs menſium: quia menſis habet triginta dies: paulo plus vel minus.

Illumina cor hominum:
Abſterge ſordes mentium.
Reſolue culpę vinculum:
Euerte moles criminum.

¶ Et quia tu feciſti hec oīa: illumina cor hominum. ⁊ abſterge ſordes ideſt prauas cogitationes mentium noſtrarū. reſolue culpe vinculum: euerte moles criminum. ideſt magnitudines peccatorum.

¶ Carmen eſt quale illud Primo dierum. Canitur ad horas nocturnas feria quinta. Petimus a chriſto per noctis tenebras: vt animi caligine excuſſa lumen gratiæ nobis infundat.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶Materia huiꝰ hymni eſt rogare deū: vt ipſe caliginē mentis ac corporis a nobis expellat. Rogamus etiam in hoc clementiā dei vt nos defendat ab hoſte antiquo: et expellat intrinſecā obſcuritatem .i. mentis ⁊ corporis caliginē: et ſui luminis claritatē concedat. Atra nox .i. diabolꝰ vel peccatū contegit .i. obtenebrat. colores omniū rerum terre: qꝛ noctis obſcuritas omnia cōtegit: et colores herbarū ⁊ ceterarum rerum in ſuis ꝓfundis tenebris obducit ⁊ ſepelit. Sed cū hoc ſit nunc ꝙ lucē ſyderis habeamꝰ in mente ⁊ hoc in mediꝭ noctibus .i. qñ mundus ſedet in tenebris: ⁊ plus ſemꝑ creſcit incēdia carnis: ſurgamꝰ ꝯfitentes deū .ſ. iudicē cordium nr̄orum. Et rogemus iudicem vt auferat a nobis caliginē peccatorū: et det nobis ſue gratie dulcedinem. Et ideo cum nox atra cōtegit .i. tenebroſos reddit colores omnium rerum terre. nos confitentes tibi peccata noſtra: poſcimus te: ideſt poſcimus ea que ſunt vite: ſcilicet miſericordiam. te dico. o iuſte iudex cordium. ideſt animarum noſtrarum ⁊ quare. vt

NOx atra rerū contegit
Terrę colores omniū.
Nos cōfitētes poſcimꝰ
Te iuſte iudex cordium.

¶Tu auferas piacula .i. grauia pc̄ta: et abluas mētis ſordes .i. ſuggeſtiōes diabolicas q̄ pungunt nos: ⁊ o chr̄e dones gratiam ſanctiſpiritus: vt crimina arceantur: ideſt expellantur ⁊ quare.

Tu auferas piacula:
Sordeſqꝫ mentis abluas.
Doneſqꝫ chriſte gratiam:
Vt arceantur crimina.

¶Dico ꝙ expellantur crimina et quare: qꝛ ecce mens impia .i. peccatrix: torpet .i. pigreſcit: quā mentem culpa noxia. ideſt mala mordet. ideſt ligatam tenet: et mens geſtit: ideſt cupit tollere: ideſt depellere a ſe. obſcura .i. peccata et geſtit te querere o redemptor.

Mens ecce torpet impia:
Quam culpa mordet noxia:
Obſcura geſtit tollere:
Et te redemptor quęrere.

¶Et quia geſtit te: repelle intrinſecus. ideſt ex anima caliginem: ideſt cecitatem peccati. quam maxime .i. multum: vt illa mēs gaudeat ſe collocari in beato lumine. ideſt eterna beatitudine.

Repelle tu caliginem:
Intrinſecus quam maximē.
Vt in beato gaudeat
Se collocari lumine.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Carmēn eſt quale illud Primo dierum. Canit̄ ad laudes matutinas feria. v. Veniente luce petit a nobis abigi tenebras peccatorum cū maxime habeamus iudicem cuncta cernentem.

Vx ecce ſurgit aurea:
Pallens fatiſcat cæcitas.
Que noſmet ī p̄cepsdiu
Errore traxit deuio.

¶ Iste hymnus continet idem cū ſuperiori hymno: ſed intētio verſus eſt hec. ſcilicet ne oculi peccent. Nox vſq3 modo texit colores terre: ſed modo diſcedit: quia ecce lux aurea. i. euangelica predicatio ſurgit in corda noſtra: et ideo omnis cecitas pallens ideſt diabolus. faciſcat: ideſt euaneſcat: quia cecitas traxit ideſt duxit noſmetip̄os in preceps ideſt in ruinam vel in precipitium: diu. i. multum deuio errore.

Hæc lux ſerenium conferat:
Puroſq3 nos præſtet ſibi.
Nihil loquamur ſubdolum:
Voluamus obſcurum nihil.

¶ Ex prudentio in libro cathemerinon dixit q̄ lux ſurrexit. et ideo. Hec lux conferat nobis ſerenum. ideſt virtutem ſpiritus ſancti: ⁊ preſtet nos puros. ideſt donet nobis puritatem anime ſibi. ideſt ad honorem ſuum. et hoc ſic: vt nihil loquamur ſubdolum. ideſt deceptiuum: et nihil voluamus obſcurum. ideſt nullum cogitemus peccatum.

Sic tota decurrat dies
Nec lingua mēdax nec manus
Oculi ne peccent lubrici:
Nec noxa corpus inquinet.

¶ Tota die. i. totum tēpus vite nr̄e decurrat ſic vt nō loquēdo ſubdolū. nec lingua mendax ſit ideſt ne dicat mēdaciū: nec manus peccent. i. non faciant: aut operētur aliquid mali. nec oculi lubrici peccent. i. videndo ⁊ concupiſcendo illicita. nec noxa. i. culpa. inquinet. i. non polluat corpus noſtrum.

Speculator aſtat deſuper:
Qui nos diebus omnibus
Actuſq3 noſtros proſpicit:
A luce prima in veſperum.

¶ Et nolite peccare: q2 ſpeculator. i. dn̄s. aſtat. i. p̄ſpicit. deſup. i. de celo: q̄ nos oībus dieb9. i. quotidie. et actus nr̄os proſpicit. i. videt ⁊ ꝯſiderat a p̄ma lu-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ce.ideſt a natiuitate in veſperum vſq; in noctem.

¶ Carmen eſt quale illud Primo dierum. Canitur ad horas veſpertinas feria quinta. Quo die quia ex aqua piſces & aues creata ſunt. petit vt nõ deprimamur peccato nec extollamur ſuperbia.

Magnę deus potẽtiæ:
Qui ex aq̃s ortũ gen⁹
Partĩ remittis gurgiti:
Partim leuas in aera:

¶ In hoc hymno continet̃ q̃d deus fecit in quinto die. ſcilicet creauit piſces ⁊ aues ex aqua: ⁊ ipſoꝝ que ex aqua fecit: partim immiſit gurgiti vt piſces: partim leuauit in aera: vt aues. Creauit quoq; cete grãdia: benedixitq; eis dicens. Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊ replete aquas maris: aueſq; multiplicentur ſup terrã. Piſces ⁊ aues de aqua ſunt orti: ſed aues non comedũtur in omni tempore: vt piſces. quod ideo fit quia aues per coitũ generãtur: et vt nos generamus q̃d nõ eſt in piſcibus. quia ſunt calidioris nature. Intendit etiã autor rogare deũ: vt nos q̃ ſumus abluti ſacro baptiſmate ſic ſeruet vt neſciam⁹ lapſus criminũ. et vt mala culpa nõ deprimat nos. i. criminalia peccata. O de⁹ magne potentie qui remittis genus. ideſt piſces ⁊ aues: genus dico ortum ex aquis. ideſt ex aqua baptiſmatis: partim gurgiti. ideſt in mari. ideſt in inferno vt piſces. i. malos homines: et leuas partim in aera vt aues. ideſt bonos homines. quaſi dicat. Sicut in aere aues collocaſti: ita in celo homines vel ſanctos.

Dimerſa lymphis imprimẽs:
Subuecta cœlis irrogans:
Vt ſtirpe vna prodita:
Diuerſa rapiant loca:

¶ Tu dico imprimẽs. i. ſubmergens dimerſa. i. deorſum merſa: vt piſces. i. malos homĩes: lymphis. ideſt aquis infernalib⁹: et irrogans. i. ſubleuans: ſubuecta ideſt ſurſum vecta: vt aues. i. puros hoĩes: prodita. i. orta: vna ſtipe. i. vno baptiſmate renati: rapiant. i. accipiant diuerſa loca vt aera: et aquam ideſt vitam eternam/⁊ eternam damnationem.

Largire cunctis ſeruulis:
Quos mũdat vnda ſãguinis:
Neſcire lapſus criminum:
Nec ferre mortis tędium.

¶ Et tu qui oĩa feciſti largire: i. tribue hoc. ſ. neſcire lapſus criminũ. i. caſum illũ qui in baptiſmo dimiſſus eſt cũctis ſeruulis tuis. quos vnda ſanguinis tui

mundat a peccato:ne ⁊ ꝑ nõ: tribue non ferre.i. portare vel habere tedium mortis:ideſt penam diaboli.

Vt culpa nullum deprimat:
Nullum leuet iactantia.
Eliſa mens ne concidat:
Elata mens ne corruat.

¶ Ad hoc largire vt culpa .i. graue peccatum non deprimat ideſt aggrauet vllum chriſtianũ:⁊ iactãtia.i. ſuperbia de bonis nõ leuet.i.nõ extollat vllũ: et mẽs eliſa.i. pcuſſa vel vulnerata a vitijs:ne cõcidat.i. nõ incidat in deſperationem. ne ꝑ ⁊:elata mens.i.inflata per ſuperbiam non corruat in infernum.

¶Carmen eſt quale illud Primo dierũ. Canit̃ ad horas nocturnas feria.vi.Petit a deo medicinã peccatorum iã preteritorũ: & antidotũ quo præmuniamur ab inſtantibus peccatis.

TV trinitatis vnitas:
Orbẽ potenter q regis:
Attende laudũ cantica:
Quæ excubantes pſallimus.

¶ In hoc hymno nos hortatur autor de ſomno ſurgere: et medelam vitiorũ querere. Intẽdit etiã in hoc hymno ipſam trinitatem laudare et inuocare:per quã mundus regitur. vt impleat nos ſuo lumine: vt quicquid peccauimus fraude demonũ: ipſe chriſtus abſtergat celitus.O tu vnitas. ideſt o tu ſancteſpiritus qui procedis a patre ⁊ a filio. trinitatis vnus deus in trinitate: qui regis ideſt qui gubernas:potenter. ideſt potentia tua:orbẽ ideſt mũdum:intende.ideſt reſpice vel auſculta:laudum cantica ideſt carmina hymnorum noſtrorum: que cantica excubantes ideſt vigilãtes. Pſallimus ideſt cantamus.

Nam lectulo conſurgimus
Noctis quieto tempore
Vt flagitemus vulnerum
A te medelam omnium.

¶ Nam conſurgimus omnes: lectulo: ideſt deſidia. Lectulus dicit̃ ab electis ⁊ mollibus herbis ſuper quas antiqui requieſcebãt: quieto tempore ideſt in horis noctis.et ad quid vt flagitemus ideſt imploremus: a te medelam omnium vulnerum.ideſt indulgentiam omnium peccatorum noſtrorum.

N

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Quo ꝑ vt. ⁊ vt poteſtas glorie tue. i. tue laudis: abſtergat. i. abluat. celitus ideſt diuinitus illud peccatum. ⁊ quicq̄d vitiorum. ideſt peccatorum. deliquimus: ideſt fraude vel deceptione demonum peccauimus: in noctibus ideſt in tenebris vitiorum.

Quo fraude q̄cquid dęmonū
In noctibus deliquimus
Abſtergat illud cœlitus
Tuæ poteſtas gloriæ.

¶ Nec ꝑ ⁊: ⁊ pro nō. noſtrū corpus adſit ſordidū. i. pollutū vel fetidū: nec torpor. i. pigritia vel malicia. cordium noſtrorum inſtet nobis et ardor: ſpiritus/ ideſt amor vel gratia ſpirituſſancti non tepeſcat. ideſt non deficiat in nobis: contagio ideſt propter maculam: vel inquinationem criminis ideſt peccati.

Nec corpus adſit ſordidum:
Nec torpor inſtet cordium.
Nec criminis contagio
Tepeſcat ardor ſpiritus.

¶ Ut amor tue gratie nō deficiat in nobis: ob hoc ideſt propter hoc. o redemptor queſum⁹ te reple nos tuo lumine. ideſt ſplendore: per quod lumen nō ruamur: vllis actibus. ideſt non cadam⁹ vllis peccatis: circulis dierum. ideſt in reuolutionibus dierum.

Ob hoc redēptor quęſumus
Reple tuo nos lumine
Per quod dierum circulis
Nullis ruamur actibus.

¶ Carmen eſt quale illud Primo dierū. Canitur ad laudes matutinas feria ſexta: quia iā lux ſolis aduentat. Petit vt illuſtremur diuina luce quo permaneamus in ſpe/ fide/ & charitate.

¶ Materia hui⁹ hymni eſt inuocatio ad chriſtum filium beate Marie virginis. vt dignetur nobis ſuam miſericordiam tribuere ⁊ dexteram porrigere vt mereamur corroborationem fidei/ſpei/⁊ charitatis obtinere. O chriſte tu dico: eterna gloria celi. ideſt angelorū: vel quia pater per te glorificatur. ⁊ o beata ſpes mortalium. i. chriſtianoꝝ. ⁊ o vnice celſi tonātis. i. celeſtis patris ſcđm diuinitatem. ⁊ o ꝓles. i. fili: caſte virginis ſcđm humanitatem.

AEterna cœli gloria:
Beata ſpes mortalium:
Celſi tonantis vnice:
Caſtæq; proles virginis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Da dexteram ſurgentibus:
Exurgat & mens ſobria.
Flagranſq; in laudem dei:
Grates rependat debitas.

¶ Da dexterā.i.auxiliū tuū nobis ſurgētib⁹ a vitijs: ꝛ ita mēs nr̄a ſobria.i. abſtinēs. exurgat. ſcilicet ad lucē tuam: q; pro ꝛ: illa flagrans:ideſt ardēs in laudem:ideſt in cōmemorationem dei rependat:ideſt perſoluat debitas grates:ſcilicet in hymnis ꝛ canticis deo omnipotenti.

Ortus refulget lucifer:
Sparſamq; lucem nunciat.
Cadit caligo noctium:
Lux ſancta nos illuminet.

¶ Lucifer.ſ. ſtella matutina.i. chr̄us natus refulget: ꝛ nūciat mūdo lucē ſparſam.i.natā ꝛ vndiq; diſperſā.ꝛ ꝟe nūciat:q; caligo noctiū.i.obſcuritas diaboli:cadit.i.recedit. et ideo lux ſancta.i. chr̄us qui eſt lux ſanctificata: nos illuminet lumine ſpirituſſancti.ꝛ ſanctificet nos ꝛ ſaluet nos.

Manenſq; noſtris ſenſibus:
Noctem repellat ſæculi.
Omniq; fine diei:
Purgata ſeruet pectora.

¶ Et ipſa lux manēs.i.ꝑmanēs in nr̄is ſenſib⁹.i.in nobis:q̄ habemus quinq; ſenſus corporis: repellat a nobis noctem: ideſt diabolum ſeculi huius.i. mundi:ꝛ illa lux ſeruet pectora nr̄a. purgata a vitijs.omni fine diei.i.omni tempore vite noſtre.

Quæſita iam primum fides:
Radicet altis ſenſibus.
Secunda ſpes congaudeat:
Qua maior extat charitas.

¶ Fides queſita a nobis in baptiſmo.iā primū.i.cito ideo dicit primū:q; fides ꝑma cognominatur inter virtutes: in illo loco vbi dicit Fides/ ſpes ꝛc. radicet.i.ponat radices: ſenſibus noſtris:altis ideſt ꝓfundis:ſecunda ſpes.i.proſpera.per quam ſpem ſperamus vitā:congaudeat.ideſt ſimul letetur ꝛ creſcat: qua ſcilicet ſpe ꝛ etiam fide:charitas extat maior:iuxta illud apoſtoli.Maior autem horum eſt charitas.

¶ Carmen eſt quale illud Primo dierum. Canitur ad horas veſpertinas feria ſexta. Quo die quia beſtiæ & reptilia cum homine creata ſunt propter hominem: purgari a peccato & donari æternis præmiis petit.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Plaſmator hominis deꝰ:
Qui cūcta ſolꝰ ordinās.
Humū iubes ꝑducere:
Reptantis & ferę genus.

¶ In hoc hymno cognoſcitur illud qḋ fecit deus in ſexta die. creatis ſiquidē omnibus reptilibus: ſcꝫ piſcibus: auibꝰ ꝛ aliis beſtijs. ſexta die formauit deus Adam: et prefecit eū omnibus animalibus dicēs. Creſcite ꝛ multiplicamini ꝛ replete terram: et dominamini piſcibus maris ꝛ volatilibus celi: et vniuerſis que viuunt ſuper terrā. Poſuitq; eū in paradiſo delitiarū: vt operaret̄ ꝛ cuſtodiret illū. Intendit itaq; autor rogare deū: vt ſicut fecit hominē ſuperiorem cunctis animantibus: ſic faciat vt non ſit inferior aīalibus ꝓpter peccata ſua. Queritur cur deus hoīes creauit quos malos futuros preſciebat: quia ſicut preuidit quid mali eſſent facturi: ſic etiam preuidebat de malis factis eorum/quid boni ipſe facturus eſſet: vł quid boni hoīes eſſent facturi. O deus plaſmator: idest creator hominis. ſcilicet Ade qui ſolus ordinans cuncta. idest diſponens: iubes ꝑducere. idest procreare permittis: humum. i. terram: vel humum. i. eccleſiam. ſcilicet bonos et malos homines. Eccleſia eſt congregatio fidelium: genus reptantis vt ſerpentum: et ferę idest beſtiarum.

Qui magna rerū corpora:
Dictu iubentis viuida.
Vt ſeruiant per ordinem:
Subdens dediſti homini.

¶ Et o tu deus qui feciſti dictu iubentis. i. verbo tuo precipientis magna corpora. idest iumēta pecorą beſtias omnium ſpecierum diuerſarū: viuida: idest animata: ꝛ ſubdens. idest ſuppones illa aīalia: dediſti homini: vt ſeruiant per ordinem. i. vt omnia animalia ſuppoſita ſint homini. quedam vt homines illa ederēt ſcꝫ boues/oues/lepores/ꝛ porcos: ꝛ talia. Et alia vt illis vterent̄: et illa equitarent: vt equos ꝛ mulos: ꝛ ſic de ceteris.

Repelle a ſeruis tuis:
Quicquid per immundiciā.
Aut moribus ſe ſuggerit:
Aut actibus ſe interſerit.

¶ Et o deus: repelle a ſeruis tuis quicquid ſuggerit. i. infert: ſe per immūdiciā. i. ꝑ aliquā ſuperfluitatē: culpā vel turpitudinem: vel ꝑ ſordidam comeſtionem: aut moribus. i. per prauā conſuetudinem: vt cum aliquis poſtq̄ incepit peccare: nequit abſtinere: ſed vult ſemper perſeuerare: aut interſerit ſe. i. miſcet. actibus. i.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

operationibus:ſcilicet cum mala facimus.

Da gaudiorum præmia:
Da gratiarum munera.
Diſſolue litis vincula:
Aſtringe pacis fœdera.

¶ Da premia:ideſt remunerationes gaudiorum eternoꝝ: da munera gratiarũ. i. dona ſpiritusſancti:diſſolue vincula litis: ideſt diſſidia vel diſrumpe peccata odij:aſtringe:ideſt coniunge:federa pacis:ideſt contubernia ſuperna pacis.

¶ Carmen eſt quale illud Primo dierum. Canitur ad horas nocturnas die ſabbato ſurgentibus nocte ad cantandũ. Petit vt ardentes igne ſpiritusſancti vitam æternam mereamur.

SVmme deus clementiæ:
Mũdiq; factor machinę:
Vnus potentialiter:
Trinuſq; perſonaliter.

¶ Materia hui⁹ hymni eſt cognitionem habere trinitatis in vnitate et vnitatis in trinitate. Intẽdit etiã autor rogare deũ vt cingat lũbos nr̃os cingulo caſtitatis. et adurat.i. inflãmet vel repleat corda nr̃a igne ſpũſſcti:vt caſto corpe ⁊ mũdo deo ſeruire mereamur. O de⁹ clemẽtie.i.alte pietatis:⁊ o factor.i. compoſitor machine.i.ſtructure:mũdi tu dico vn⁹ potẽtialiter.i. in potẽtia ſecundum diuinitatem.⁊ trinus perſonaliter.i.trinus in perſonis.

Noſtros pius cum canticis
Fletus benigne ſuſcipe.
Quo corde puro ſordibus:
Te perfruamur largius.

¶ Et tu pius:noīatiuus ꝓ vocatiuo. ſuſcipe benigne noſtros fletus:ideſt lachrymas.cũ canticis:ideſt cum hymnis vel laudibus : quo pro vt fruamur te largius:ideſt ampli⁹: ⁊ hoc corde puro.i.mundo:ſordibus ideſt a vitijs.

Lũbos iecurq; morbidum:
Adure igne congruo.
Accincti vt ſint perpetim:
Luxu remoto peſſimo.

Adure.i.accende.igne congruo.i.ſpũſancto.lũbos nr̃os:⁊ iecur.ſ.epar: morbidũ ad morbum ⁊ pcc̃m inclinatũ. Et nota ꝙ hec tria iecur:cerebrũ ⁊ lũbi: cogũt hoīem peccare:vt ſint accincti.i.lũbi ſint caſti cõtra libidinẽ:perpetim.i.ſemp:remoto peſſimo



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

luxu ideſt in quo luxu: ideſt remota ſit peſſima luxuria: et alia vitia ſint procul.

ℭ Ut quicꝫ.i.quicunqꝫ: concinendo ideſt pſallendo rumpimus.ideſt dum vigilamus: ſcilicet diuidimus: horas noctium omnes ditemur.ideſt diuites efficiamur: affatim: ideſt abundanter: beate donis patrie.i. beatitudine: ſcilicet patrie celeſtis.

Vt quiqꝫ horas noctium:
Nunc concinẽdo rumpimus.
Donis beatæ patriæ:
Ditemur omnes affatim.

ℭ Carmen eſt quale illud Primo dierum. Canitur ad laudes matutinas die ſabbato facta mentione lucis aduentãtis. Petit illuſtrari diuina luce vt fruamur cognitione dei poſt mortem.

ℭ Hymnus iſte cõtinuatur ſuperiori: ita nos rumpimus horas noctium: vt nos omnes ditemur.i. diuites ſimus in chriſto: et ecce aurora.i. chriſtus iã ſpargit polum.i. illuminat corda hominum. Hortatur etiam nos: vt taliter nos habeamus in hoc ſeculo vel in mane: vt ad illud vltimum mane venire poſſimus.⁊ audire mereamur: ſcꝫ Uenite benedicti patris mei ⁊c. Nam finito mundi termino: peccatores perpetue tenebris obſcuritatis tradentur. Fidelibus vero ⁊ iuſtis qui in hac vita non ſunt in nocte ſed in luce: gloria ⁊ premium effluet: ideſt abundanter clareſcet. et hoc eſt quod precamur. Aurora.ideſt chriſtus ſpargit polum: ideſt illuminat mentes vel eccleſiam: et dies illabitur: ideſt immergitur terris: et ſpiculum ideſt pulchritudo vel aſpectus: lucis ideſt claritatis: reſultat. et ideo omne lubricum.i. omne peccatum: diſcedat a nobis.

Aurora iã ſpargit polũ:
Terris dies illabitur.
Lucis reſultat ſpiculũ:
Diſcedat omne lubricum.

ℭ Phantaſma.i. fantaſia vel deceptio: noctis. ideſt diaboli: decidat.i. cadat vel ruat. reatꝰ: ideſt culpa: mẽtis ſubruat: ideſt cadat a nobis: et quicquid horridum.i. difforme culpe. nox. ideſt diabolus: vel nocturna cogitatio. attulit nobis in tenebris: cadat a nobis.

Phantaſma noctis decidat:
Mentis reatus ſubruat.
Quicquid tenebris horridũ:
Nox attulit culpę cadat.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Vt manē illud vltimum:
Quod pręſtolatur cernui:
In lucem nobis effluat:
Dum hæc canore concrepat.

¶ Ut mane illud vltimū.i. iudicium futurum: vel charitas: ideſt aduētus chriſti.quod mane cernui.i. inclinati. preſtolamur.ideſt ſperamus vel ſpectamus:effluat ideſt eueniat nobis in lucem:dum hec: ideſt nox concrepat:ideſt reſonat.canore.i.cantu vel laude.

¶ Carmen eſt quale illud Primo dierum. Canitur ad horas veſpertinas die ſabbato:quia iam ſol tendit ad occaſum:petit diuino lumine illuſtrari: hortaturq; deum omni tempore laudare.

O Lux beata trinitas:
Et principalis vnitas.
Iam ſol recedit igneus:
Infunde lumen cordibus.

¶ In hoc hymno materia ſumitur circa qualitatem tēporis die recedente ⁊ nocte aduenientе. Intēdit inuocare trinū deū in perſonis:⁊ trinitatē in vnitate:vt fundat in cordib⁹ nr̄is lumen ſpūſſancti vt ſupplices laudare mereamur deū.ſ. in ꝓſperis et in aduerſis:et ita concedat nobis tranſire diē ⁊ noctem ſine peccato et ſine impedimento ſathane:⁊ hoc eſt. O beata trinitas.i. o deus: lux hominū/vel mundi/vel angelorum:et vnitas principalis.i. qui habet principatum ſuper angelos.ſol.i.chriſtus igneus recedit a nobis iam. et ideo infunde lumen.i. ſpiritumſanctū in cordibus nr̄is: ideſt ſenſibus:vt illud habere mereamur.

Te mane laudum carmine:
Te deprecemur veſperi.
Te noſtra ſupplex gloria:
Per cuncta laudet ſęcula.

¶ Dico infunde ſpiritumſanctum:vt deprecemur te ⁊ vt ad iuues nos in principio vel mane:ideſt tempore matutino laudum carmine/ſero/mane/meridie. ⁊ tota die debemus laudare deum: et orare per ſingulas horas: ſcilicet quotidie et in omnibus horis:et in omni tempore. Unde ait propheta. Veſpere ⁊ mane meridie ⁊c. et deprecemur veſperi.ideſt in fine mundi:noſtra ſupplex. ideſt humilis: gloria laudet te per cuncta ſecula: ideſt per omnia ſecula.⁊ hoc perpetue.ideſt ſine fine.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Carmen eſt dimetrum iambicū magna ex parte cacometrum. Canitur aduentus tempore: itaqꝫ & incarnationis chriſti & vtriuſqꝫ Aduentus illius mentionem facit.

Conditor alme ſyderum:
Eterna lux credentium.
Chriſte redemptor oīm:
Exaudi preces ſupplicum.

Materia huius hymni eſt de aduētu chriſti: ⁊ de incarnatione eiuſdē qꝛ deus deſcendens de celo ſe exinaniuit formam ſerui accipiēs ⁊ humiliauit ſe vſqꝫ ad mortem: et qualiter egreſſus eſt de honeſtiſſima clauſula ꝟginis: tanqꝫ ſponſus de thalamo ſuo: cui ſponte oīa obediunt. ſcꝫ celeſtia: terreſtria: ⁊ infernalia. Intēdit etiā rogare deū: vt ꝑ hanc incarnationē: nr̄as preces exaudire digneť. ⁊ a ſagitta diaboli liberare. O cōditor: q̇ es cōpoſitor alme ſyderū. i. ſtellarū: o eterna lux credentium. i. chriſtianorū fideliū: o chriſte redēptor omniū hominum: exaudi preces ſupplicum. i. humilium tibi ſupplicantium.

Qui condolens interitu
Mortis perire ſeculum:
Saluaſti mundū languidum:
Donans reis remedium.

¶ Qui condolens. ideſt nobiſcum dolēs vel cōpatiens: ſeculum. i. ſeculares perire interitu mortis. ideſt pena infernali: ſaluaſti. ideſt liberaſti de poteſtate diaboli: mundum languidū. ideſt languentem in peccatis: donans remedium: ideſt redemptionem tui ſanguinis: reis ideſt peccatoribus.

Vergente mundi veſpere:
Vti ſponſus de thalamo
Egreſſus honeſtiſſima
Virginis matris clauſula.

Vergente mundi veſpere. i. appropinquāte vel declinante fine mundi: es ſic egreſſus ſupple: vti pro ſicut ſponſus egreditur: de thalamo: egreſſus inquam de honeſtiſſima. ideſt caſtiſſima: clauſula. ideſt clauſtro virginis marie matris tue.

Cuius forti potentiæ:
Genu curuantur omnia.
Cœleſtia terreſtria:
Nutu fatentur ſubdita.

Et ideo qꝛ egreſſus es: vel qꝛ ſaluaſti mundū: forti potētie cuius. i. chrī oīa curuātur genu. i. laudādo ipm: celeſtia. i. angeli: terreſtria. i. hoīes: fateť ſubdita.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

.i.cõfitent illi ſubiecta eſſe:nutu.i.ſpõte.ſ.ad tuã volũtatem.⁊ qꝛ obediũt nr̃o ſaluatori:⁊ oĩa clamãt.Deus me fecit. ideo te depꝛecamur.

Te deprecamur agie:
Venture iudex ſæculi:
Conſerua nos in tempore:
Hoſtis a telo perfidi.

¶Ergo qꝛ ita eſt depͨamur te o agie.i.ſãcte xp̃e vẽture iudex ſeculi.i.ad iudiciũ: cõſerua nos in tẽpore.i.in hac vita a telo hoſtis perfidi.i.ſuggeſtione diaboli:que ſagitta dicitur.

Laus/honor/virtus/gloria
Deo patri & filio.
Sancto ſimul paracleto:
In ſempiterna ſecula amen.

¶Et qꝛ deꝰ miſit filiũ ſuũ xp̃m vt nos redimeret:referamꝰ gratias ei.laus honor. virtus:gl'ia: deo pr̃i ⁊ filio : ſctõ ſimul paracleto.i.conſolatori: in ſempiterna ſecula.i.ſine fine.amen.

¶Carmen eſt quale illud Primo dierum. Canitur tẽpore aduentus chriſti.itaqꝫ cõmemorata illius æterna generatione primi aduentus in quo carnem aſſũpſit:& ſecundi quo venturus eſt meminit.

Verbũ supernũ ꝓdiens:
A patre olim exiens:
Qui natꝰ orbi ſubuenis
Curſu decliui temporis.

¶Iſte hymnus agit de ſupradicta materia ⁊ continuatur ſuperiori: ita chriſtus egreſſus eſt de vtero virginali:vti ſpõſus de thalamo ſuo. ⁊ ideo oĩa ei humiliantur:⁊ non eſt mirũ:qꝛ ipſe deſcendit de patre.i.de celo.⁊ hec eſt reſponſio contra hereticos qui dicebant chriſtũ veniſſe:ſed nõ de patre quibus reſpondendum eſt. O supernũ verbũ.i.dei filius.ꝓdiens.i manifeſtans te ineffabiliter a patre olim exiens:qñ incarnatus es.qui de matre natus : ſubuenis .i.ſuccurris:orbi perdito:curſu.i. plenitudine temporis decliui. ideſt proni vel declinanti ad finem ſeculi.

Illumina nunc pectora:
Tuoqꝫ amore concrema.
Audito vt preconio:
Sint pulſa tandem lubrica.

¶Et tu qui talis es illumina nunc in preſenti tuo lumine noſtra pectora ⁊ cõcrema.i.accende tuo amore.i.tua gratia:vt audito preconio.i.predicatiõe apoſtolorũ:vel audito preconio pro

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

phetarum:lubrica.ideſt peccata ſint pulſa a noſtris cordibus tandem in fine ſeparationis corporis ⁊ anime.

Iudexq; cum poſt aderis
Rimari facta pectoris:
Reddens vicem pro abditis:
Iuſtiſq; regnum pro bonis.

¶Et o tu ſupernum verbum .i.o fili dei.cum aderis.i. affueris vel adueneris:iudex poſt.i. in fine mundi:rimari.i.experiri vł inquirere: facta pectoris.i. peccata cogitationum:⁊ ſis reddens vicem.i.remunerationem:pro abditis.i.pro occultis peccatis: ⁊ iuſtis.i.ſanctis regnum eternum:pro bonis operibus que in preſenti ſeculo operati ſunt.

Non demum arctemur malis
Pro qualitate criminis.
Sed cum beatis compotes
Simus perenne cęlibes.

¶Et non arctemur.i.non conſtringamur : demum.i. ad vltimum malum:pro qualitate criminis .i. pro magnitudine vel cumulo peccatorum: ſed ſimus compotes.i.ſimul potentes ſimus cum beatis.i. ſanctis : perenne.i. perpetualiter:vel perennes.ideſt habitatores:celorum celibes.i.celeſtem vitam ducentes.

¶Carmen eſt dimetrum iambicū ex parte caſcometrum. Canitur aduētus Chriſti tempore. Et facit mentionem vtriuſq; aduētus ſicut in ſuperioribus hymnis factum eſt.

VOx ecce clara intonat:
Obſcura queq; icrepat
Pellant̄ emin⁹ ſomnia:
Chriſtus ab ęthere promicat.

¶Materia huius hymni eſt: quod in ſupradicto hymno. Dictum eſt ſuperius ꝙ chriſtus venit olim a patre: quia ecce vox ideſt predicatio chriſti intonat: ecce clara vox ideſt Joannes celeſtis:intonat. ideſt terribiliter predicat de nube carnis penitentiam:⁊ increpat queq; obſcura.ideſt omnia vitia vel peccata. ⁊ ideo omnia ſomnia.ideſt vana ⁊ muta peccata : pellantur eminus. ideſt longe.quia chriſtus iam promicat ideſt fulget:ab ethere:ideſt de celo vel a diuina ſcriptura.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Mens iam reſurgat torpida:
Quæ ſorde extat ſaucia.
Sydus refulget iam nouum:
Vt tollat omne noxium.

¶Et ideo mens noſtra torpida.i.pigra: reſurgat a vitijs: que mens extat ſaucia.i.manet vulnerata: ſorde.i.peccato. bene dicit ꝙ ſurgat mens: quia ſydus.i.chriſtus refulget per ſpiritum ſanctum. nouum.i. de virgine natū vt tollat.i.remoueat a nobis omne noxium.i.peccatum.

E ſurſum agnus mittitur:
Laxare gratis debitum.
Omnes pro indulgentia:
Vocē demus cū lachrymis.

¶Agnus.i. dei filius mittitur: e ſurſum.i.de celis: laxare.i.cōdonare: debitū.i.originale peccatum vel penas peccati: gratis.i.dono vel ſponte ſua ⁊ ſine aliqua remuneratione: ⁊ ideo omnes demus vocem cum lachrymis.i. confeſſionem peccatorum: pro indulgentia.i.pro remiſſione peccatorum.

Secundo vt cum fulſerit:
Mundumq̃ʒ horror cinxerit.
Non pro reatu puniat:
Sed pius tunc nos protegat.

¶Bene dico demus vocē cū lachrymis. vt cum ille agnus fulſerit.i.fulgens aduenerit: ſecundo ſcilicet aduentu.i. in iudicio: ⁊ horror.i. pauor illiꝰ: cinxerit.i.circundederit mundum.i.mundanos: nos non puniat.i.non damnet: pro reatu ideſt pro peccato: ſed pius. ideſt chriſtus propicius nobis: nos tunc protegat. ideſt defendat a poteſtate diabboli.

¶Carmē eſt quale illud Primo dierū. Canit̄ ad horas diurnas tp̄e natalis chr̄i. In quo duplicis ortus eius mentionē facit. in tempore a matre: ęternaliter a pr̄e.

VEni redemptor gentiū:
Oſtēde partū virginis.
Miretur omne ſæculū:
Talis decet partus deum.

Materia huius hymni eſt inuocatio ad deum vt veniat oſtēdere partum virginis: ſed non ex virili ſemine: ſed diuino ſpiritu cooperante eſſe factū: ⁊ qualiter egreſſus eſt a patre: ⁊ regreſſus ad patrem. ⁊ qualiter eſt equalis patri: ⁊ loquitur de preſenti quaſi de futuro. Vel poſſumus dicere ſecundū litteram.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Veni redemptor gentiū.i. oſtende te illis qui in mundo habuerunt noticiā tui.hoc eſt veni redēptor.O chriſte:redēptor gentiū.i. gētiliū vel iudeoꝝ veni in mentibus noſtris ⁊ oſtende partū virginis Marie.⁊ ideo omne ſeculum.i.ſeculares:miretur.i.mirentur . quia talis partus decet deū de ſpiritu ſancto ⁊ maria virgine permanēte.

¶Vere talis partus decet deū. q: nō ex virili ſemine: ſed myſtico ſpiramine.i.ſecreto ⁊ ſancto: verbū dei.i. filius dei : factū eſt caro.i.homo: ⁊ fructus ventris Marie floruit ſicut flos creuit.

Non ex virili ſemine:
Sed myſtico ſpiramine:
Verbum dei factum caro:
Fructuſq; ventris floruit.

Unde Maria virga eſt : filius eius flos.

¶Et ecce aluus virginis.i.venter marie tumeſcit.i.creſcit. ⁊ tñ clauſtra pudoris.i. virginitatis permanent integra: q: virginitas nō eſt violata.⁊ vexilla ſuple oīm virtutū.i.miracula:micant.i.fulgent. vel virtutum quarum deus eſt vexillum.i. cuſtos. et ideo deus verſatur in templo:q: receptus eſt a ſymeone.vel verſatur in templo.ideſt in aluo Marie virginis.

Aluus tumeſcit virginis:
Clauſtra pudoris permanent.
Vexilla virtutum micant:
Verſatur in templo deus.

¶Chriſtus procedens de thalamo ſuo.i.de vtero virginis:q: illa fuit illi lectus caſtitatis.ſcꝫ de regia aula pudoris.i. de palacio regali exiſtens. gigas gemine ſubſtantie.i.diuinitatis ⁊ hūanitatis:q: de⁹ eſt ⁊ hō.Gigas dr̄ eo ꝙ inſeparabilis ⁊ irreuocabilis ad vitā hui⁹ mūdi occurrit nobis.Vñ dauid.Exultauit vt gigas ad currendam viā ſuā.⁊c.vt alacris currat viā.i.de hoc mūdo tranſeat ad patrem.

Procedens de thalamo ſuo:
Pudoris aula regia.
Geminę gigas ſubſtantiæ:
Alacris vt currat viam.

¶Egreſſus ei⁹ a patre: qñ deſcēdit in vteꝝ virginis. regreſſ⁹ eius ad patrē qñ rediȷt in celū. vnde dauid. A ſūmo celo egreſſio eius:⁊ occurſus eius vſq; ad ſummū eius.Et ipſe ait in euangelio. Ego veni a patre in mundū:

Egreſſus eius a patre:
Regreſſus eius ad patrem.
Excurſus vſq; ad inferos:
Recurſus ad ſedem dei.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

iter relinquo mundũ: ⁊ vado ad prẽm: excurſus vſq ad inferos: quia deſcẽdit ad inferna. recurſus ad ſedẽ dei. i. ad dexteram patris.

Aequalis æterno patri:
Carnis tropheo accingere.
Infirma noſtri corporis
Virtute firmans perpetim.

¶ Et o tu xpe equalis eterno pri ſcdm diuinitatem: accingere tropheo. i. victoria carnis. ſ. induere carnẽ q p carnẽ triũphauit ſup diabolũ. tu dico firmãs. i. roborãs ppetim. i. perẽni virtute: infirma. i. vitia. ſ. fragilitates noſtri corporis ⁊ anime.

Præſepe iam fulget tuum
Lumenq nox ſpirat nouum.
Quod nulla nox interpollet:
Fideq iugi luceat.

¶ Uere procedis de thalamo. o tu chriſte q preſepe tuũ. i. eccleſia iã fulget virtutibus: ⁊ nox ſpirat. i. emittit: nouũ lumẽ. i. natum ſine peccato. qd lumẽ inter pollet. i. obſcuritas hereticorũ. quia heretici dicunt te non accepiſſe carnem: interpollet. ideſt obſcuret: ⁊ luceat lumen tuum: iugi fide. ideſt aſſidua virtute.

¶ Carmen eſt dimetrum iambicum cacometrum. Canitur ad horas diuinas tempore natalis chriſti. facit mentionem vtriuſq ortus chriſti ſicut in ſuperiori hymno factum eſt.

CHriſte redemptor gẽtiũ
Ex patre patris vnice
Solus ante principium
Natus ineffabiliter.

¶ Materia huius hymni eſt inuocatio quã facimus ad chriſtũ: vt ſicut dignatus eſt accipere carnem humanã: ⁊ illã ſibi vnire. ita preces noſtras exaudire dignetur ⁊ nos a peccatis liberare. O chriſte redẽptor gentiũ: vel oim. q oẽs gẽtes redemiſti tuo ſanguine. ⁊ o tu vnice. i. o tu vnigenite. patris ex patre pcedens. tu dico ſolus natus ineffabiliter ſcdm diuinitatẽ. Unde ait ſcriptura. Generationẽ eius quis enarrabit: ante principiũ. i. ante mundi conſtitutionem.

Tu lumen tu ſplendor patris
Tu ſpes perennis omnium
Intende quas fundunt preces
Tui per orbem famuli.

O chriſte tu es lumen ⁊ ſplẽdor patris: quia per te pater innotuit mundo tu es perennis. i. perpetua ſpes oim: intende. i. exaudi: preces quas famuli tui

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fundũt p orbẽ.i.p oẽs gẽtes que p vniuerſũ orbẽ orãt aſſidue apd te.

¶Dico ꝗ debes ad preces noſtras intendere: q2 aſſumpſiſti humanã carnẽ. O autor noſtre ſalutis.i.redemptionis: memẽto.i.recordare ꝗſumpſeris.quõdam.i.in tempore:formam.i.ſimilitudinem noſtri corporis: ex virgine illibata.i.intacta: quia ante partum ⁊ poſt partum ⁊ in partu virgo permanſit.

Memento ſalutis autor
Quod nr̃i quõdã corporis
Ex illibata virgine
Naſcẽdo formam ſumpſeris.

¶Preſens dies.i. natiuitatis teſtatur ſic: ita currens per anni circulum.i.per vnum quem ꝗ annum: quia tu ſolus adueneris exiſtens ſalus mundi: a ſede patris.ideſt veniẽs de celo operat⁹ es ſalutẽ i medio terre.

Sic preſens teſtatur dies
Currens per anni circulum
Quod ſolus a ſede patris
Mundi ſalus adueneris.

¶Hunc.i. diem vel autorem. celum.i. celeſtes vel ſtelle: per celum ſtella que apparuit magis.i.tribus regibus vel angeli intelligũtur qui paſtoribus cũ nimio gaudio dixerunt. Gloria in excelſis deo. Et per mare tyranni vel quia mare ſe prebuit calcabile ipſi deo.terra.i. terrena poteſtas vel paſtores.hunc mare:quia magi nauigio venerũt ⁊ omne qđ in eis eſt ſcilicet in celo ⁊ in terra:laudat hunc autorem.i.deũ vel patrẽ tui aduentus omne dico exultans cum cantico.i.hymno.

Hunc cœlũ/terra hunc/mare
Hunc/omne quod in eis eſt
Autorem aduentus tui
Laudat exultans cantico.

¶Et nõ ſolũ terra ⁊ mare laudãt te:ſ3 etiã nos quoq3.i. ſilr̃ ꝗ ſum⁹ redẽpti tuo ſcõ ſanguine cõcinimus.i.canim⁹ nouũ hymnum.i.nouam laudem: ob diẽ.i.propter diem natalis tui:

Nos quoq3 qui ſancto tuo
Redempti ſanguine ſumus
Ob diem natalis tui
Hymnũ nouũ concinimus.

¶Carmẽ eſt q̃le illud Primo dierũ. Canit̃ ad horas diuinas tp̃e natalis xp̃i:cõmemorat queadmodũ xp̃s ſumpto hoĩe nat⁹ eſt ex maria virgine. Hymn⁹ eſt Sedulii per ordinem alphabeti incipiens tetraſticha ab.a.vſq3 ad.g.litterã.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

# Tempore natiuitatis chriſti.

A Solis ortus cardine
Ad vſqꝫ terrę limitem
Chriſtū canamꝰ ꝑncipē
Natum maria virgine.

¶ In hoc hymno agitur de incarnatione domini: ⁊ de natiuitate quomodo puerpera enixa eſt chriſtum qui nō horruit ſtabulum ⁊ preſepe. ⁊ ſic continuatur ſuperiori. dixit ꝙ celum terra mare ⁊ om̄e quod in eis eſt laudat eum principem ⁊ vere qꝛ ab ortu ſolis vſqꝫ ad occaſum vniuerſus orbis canit deū. i. laudat. vel aliter dico ꝙ eiꝰ preſepe iam fulget nouo lumine. ⁊ ideo canamus ipſum natum de maria virgine principem mundi a ſolis ortu vſqꝫ ad occaſum. A ſolis ortus cardine. i. ab origīne mundi. vel ſolis. ſcilicet ab oriente ſolis vſqꝫ ad limitē terre. i. vſqꝫ ad occidentē. canamus. i. laudemus chriſtū deū. i. principē: chriſtum dico natū de maria virgine: vel natū. i. filiū marie virginis.

Beatus autor ſæculi
Seruile corpus induit
Vt carne carnem liberans
Ne perderet quos condidit.

¶ Bene dico ꝙ debemus laudare deum: quia beatus autor. i. factor ſeculi induit. i. aſſumpſit ſeruile corpus. i. formā ſerui ⁊ conditor carnis noſtre. liberans carnē noſtram carne ſua: quia formam hominis aſſumēdo. carnem noſtram liberauit. ⁊ quare ne perderet homines quos condidit. i. creauit.

Caſtæ parentis viſcera
Cœleſtis intrat gratia
Venter puellę baiulat
Secreta quæ non nouerat.

Et vere induit: qꝛ gratia celeſtis. i. ipſe chriſtus intrat viſcera caſte parentis. i. matris. ⁊ ſic venter puelle baiulat. i. portat. ſecreta ſcilicet celeſtia que non nouerat ante conceptionem.

Domus pudici pectoris
Templum repente fit dei:
Intacta neſciens virum
Verbo concepit filium.

¶ Et vere baiulat ſecreta que non nouerat: quia domus. i. aluus pectoris marie. pudici. i. caſti: fit templum dei. i. domꝰ dei. repente. i. cito. domus dico intacta neſciens virum: per carnis cōmixtionem concepit. i. portauit. filium ideſt chriſtum. ⁊ hoc verbo operante ideſt virtute ſpiritusſancti. vel verbo ideſt poſt verbum qḋ Gabriel predixerat ipſum naſciturum. Unde dicitur. Ecce concipies ⁊ paries filium. ⁊c.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Enixa eſt puerpera
Quem gabriel prædixerat.
Quem matris aluo geſtiens
Clauſus ioannes ſenſerat.

Dico ꝙ ↄcepit: ⁊ vere q̄ꝛ puerpera. i. maria pariens puer; enixa eſt. i. peperit filiū quē gabriel predixerat naſciturū. quē Joannes clauſus aluo matris. ſcilꝫ Elizabeth: ſenſerat. i. cognouerat: geſtiens. i. gaudens.

Feno iacere pertulit
Præſepe non abhorruit
Paruoq; lacte paſtus eſt
Per quem nec ales eſurit.

Ideo pertulit vel patitur famen ⁊ ipſe puer. i. chriſtus: pertulit. i. paſſus eſt iacere vel poni feno preſepis. etiā nō abhorruit. i. refutauit vel repudiauit preſepe. i. ſtabulū ꝙ ꝓ ⁊: paſtus eſt. i. nutritus paruo lacte virginis: per quē. ſ. chriſtū. ales. i. nutrix maria a qua nutriebatur ipſe chriſtus non eſurit. i. non patitur famen. Antonius. immo ales. i. aues. i. qui dat auibus cibū. iuxta illud. Maria enim chriſtum portabat. ⁊ chriſtus eam regebat. ⁊ quem celum ⁊ terra capere non potuit: aluus beate virginis portauit.

Gaudet chorus cœleſtium
Et angeli canunt deo
Palamq; fit paſtoribus
Paſtor creator omnium.

Et q̄ꝛ natus eſt. chorus. i. ſocietas: celeſtiū. i. ſpirituum: gaudet ⁊ angeli. i. throni ⁊ dñationes pñcipatus ⁊ poteſtates. ⁊ ſic de ceteris. canūt deo gloriā: ⁊ paſtor. i. creator oīm: fit palā. i. notus: ⁊ natiuitas ſua fit cognita ⁊ nunciata paſtoribus iuxta turrim abnam: iuxta quem locum paſtores ꝓ conſuetudine aderant: ⁊ erat illa planicies apta paſtoribus illius regionis.

¶ Carmen eſt quale illud Nocte ſurgētes. Canitur in feſto epiphaniæ domini: narrat quo pacto magi cū tribus muneribus venerunt ab oriente quæſitum ſaluatorem noſtrum.

Nunciū vobis fero ꝺ ſupnis
Nat⁹ ē xp̄s dñator orbis
In bethleē iudeę. ſic em̄ ꝑpheta
Dixerat ante.

Materia huius hymni eſt ꝓparatio gaudij ꝺ natiuitate xp̄i redēptoris. ⁊ gaudiū annunciatum eſt nobis per angelū apparentē ⁊ paſtoribus in via dicētē.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Annūcio vobis gaudiū magnū.⁊c. Cuius natiuitatē hec ſigna ⁊ miracula ſecuta ſunt.ſ.ſtella apparuit magis querentibus q̄ duxit eos preuia vſq ad ipſum. In cuius natiuitate herodes ⁊ quilibet malꝰ cōfunditur vel doctrina mala/⁊ perniciositas ſiue malicia temporis eo naſcente ceſſauerunt.ſ.idoloꝝ cultura:⁊ ſacrificia vana ſeditiones ⁊ bella:q꞉ in natiuitate chriſti pax fuit per vniuerſum orbē. ⁊ vox angeli loquētis:ferō.i.affero nūciū vobis de ſupernis.i.de celo. chriſtus dico dominator orbis:filius dei natus eſt in bethleem iude.i.in ciuitate illa que ſorte accidit tribui iude: em̄ pro quia:q꞉ propheta dixerat.i.prophetauerat ſic futurum eſſe ante.

Hūc canit lætꝰ chorꝰ āgeloꝝ:
Stella declarat veniunt eoi
Pricipes dignū celebrarē cultū
Myſtica dona.

Chorus angeloꝝ canit hūc ſ.xp̄m.chorus dico letus ⁊ exultās ⁊ laudās deū:ſtella q̄ duxit magos.i. ſapientes. declarat.i. manifeſtat eis ſaluatorē. eoi.i. oriētales.p̄ncipes.i.reges: veniūt celebrare.i.honorare deū.ſ.dignū cultū ⁊ offerre myſtica dona deo.

Thꝰ deo/myrrhā troclētē humādo/
Bracteas regi chryſeas decenti/
Dum colunt vnū meminere trino
Tres dare terna.

Iſti tres reges meminere.i.i memoria habuerūt afferre tria munera. ſ.aurū thꝰ ⁊ myrrhā. Et meminere dare.i. afferre deo thus et myrrhā.troclētē.i.rotūdā. Antoniꝰ troclētē potiꝰ fluētē a trocheo qd̄ eſt fluo:q̄ eſt arbor ita dicta a loco vbi naſcit̄. ⁊ hꝫ aureū colorē.⁊ declinat̄ hec trocletis.huius.tis.humando q꞉ mortalis erat.⁊ meminere deo offerre bracteas chryſeas.i.lamias aureas: q꞉a chryſion grece:idē eſt qd̄ aureū latine.regi decēti.i. chriſto dū colunt .i.venerantur vnū deū:⁊ meminere dare terna munera illi trino.i. trinitati:quia vnū ſunt pater ⁊ filius ⁊ ſpirituſſanctus.

Gloriā trinę monadi canamꝰ
Cū deo diuæ genitæq proli
Flamini ſc̄tō ab vtroq fuſo
Corde fideli.

Gloriā canamus monadi.i. vnitati.trine cū deo ⁊ ſp̄ū ſāctō fuſo ab vtroq. vel trine monadi.i.deo qui eſt trinꝰ in p̄ſonis ⁊ vnus in eſſentia . & hec monas huiꝰ.dis.⁊ canamꝰ p̄li diuine.i.genite a patre cū deo patre.⁊ nō tm̄ canamus patri:ſed etiā flamini.i.ſpiritui ſancto:fuſo.i.prodeunti ab vtroq.

o

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Carmen eſt quale illud Primo dierum. Cantur in feſto epiphaniæ hoc eſt apparitionis domini: & narrat quemadmodū magi ſtella duce venerunt in bethleem: præterea miraculum in nuptiis factum. Hymnus Sedulii per ordinem alphabeti continens tetraſtica ab. h. littera vſq; ad. n. ſed intermiſit. K. &. m. litteras.

Hoſtis herodes impiē
Chr̄m venire qd times
Non arripit mortalia
Qui regna dat cœleſtia.

¶ Materia huius hymni eſt cōclamatio quā facimus contra herodem qui audita natiuitate chriſti amittere regnū timuit. ideoq; multos pueros interfecit. Intentio autoris eſt tractare de tribus miraculis die epiphanie factis. ſcilicet de magorum apparitione. de aqua in vinum conuerſa. ⁊ de chriſti baptiſmate. Et nota ꝙ hymnus iſte continuatur ſuperiori: ita dixit ꝙ chriſtus natus eſt ⁊ pertulit iacere feno. Unde herodes de natiuitate eius iratus occidit multos pueros: timens ne amitteret regnum: ſed non deberet: q2 ille qui rex eſt regum ⁊ dominus dominātium nō venit: vt ei regnū afferret: ſed vt totum mundum in tanto crimine inuolutum a peccatis liberaret. O impie herodes hoſtis quid .i. cur times venire chriſtum: ipſe non arripit mortalia qui regna dat celeſtia.

Ibant magi quam viderant
Stellam ſequentes præuiam
Lumen requirunt lumine
Deum fatentur munere.

Magi ibant queſitum chriſtum ⁊ adorare eum ſequentes ſtellam preuiam .i. precedētem: quam viderant: ⁊ requirunt lumen: ideſt chriſtum lumine ideſt ſtella. et fatentur deum munere: ſcilicet thure: auro/et myrrha.

Lauacra puri gurgitis
Cœleſtis agnus attigit
Peccata quæ non detulit
Nos abluendo ſuſtulit.

¶ Celeſtis agnus ideſt chriſt9 attigit ideſt ſuſcepit: lauacra ideſt baptiſmum puri gurgitis. ideſt iordanis. ⁊ ſuſtulit a nobis abluendo nos per baptiſmum peccata que nō detulit: ideſt q̄ ſecum non portauit: quia immunis erat ⁊ abſq; peccato.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Nouum genus potentię:
Aquæ rubeſcunt hydrię:
Vinumq; iuſſa fundere
Mutauit vnda originem.

¶Et ideo dico nouum.ideſt in auditum genus potẽtie: hydrie rubeſcunt.ideſt flaueſcunt: ſcilicet aque intromiſſe.ponit enim continens ꝓ contẽto. ⁊ vnda.i. aqua iuſſa fundere vinum mutauit originem.i.naturã ꝑcepto dei.

¶Carmẽ eſt omni lege carminis ſolutũ. Canitur ad horas veſpertinas in feſto diuæ Mariæ. Cuius patrociniũ atq; fauorẽ multipliciter nobis imploramus.

AVe maris ſtella:
Dei mater alma:
Atq; ſemper virgo:
Fœlix cœli porta.

¶Materia huius hymni eſt ſalutatio ab angelo facta: ſic diſcente. Aue gratia plena dñs tecum. que virtute altiſſimi obũbrata fuit: ⁊ ſolo verbo concepit. Intendit etiam autor ipſã mariã inuocare: vt nomen eue: per quã mors intrauit mutet. vt ⁊ ſoluat vincula peccatoꝝ: ⁊ preſtet nobis vitã eternã a cunctis reatibus abſolutis. Hinc etiam laudare nos hortatur ⁊ glorificare hunc diẽ propter hoc ꝙ euaſimus de domo diaboli: ⁊ venimus potius per fidem ⁊ gratiã dei ad ipſam. ⁊ dicitur hoc per ſimile ⁊ facit cõparationem. Sicut enim ſtella preſtat ducatum nautis vt veniant ad portũ: ita ducatu virginis Marie veniemus ad portum. ideſt ad chriſtum. O ſtella maris. ideſt mundi. aue. ideſt ſalue: o alma. ideſt ſancta mater dei atq; aue: ſemper ideſt eternaliter: virgo quia ante partum: et in partu: ⁊ poſt partum. o porta felix celi aue. i. ſalue.

Sumens illud aue
Gabrielis ore
Funda nos in pace
Mutans nomen euæ

Et qꝛ tu es: ſumẽs illd aue. i. ſalutationẽ q̃ fert ab ore gabrielis fũda nos in pace. i. in eterna btitudine: tu dico mutãs nomẽ eue ĩ aue. i. maledictionẽ eue. i. vitã eternã. i. in tuã bñdictionem.

Solue vincla reis:
Profer lumen cecis
Mala noſtra pelle:
Bona cuncta poſce.

Et qꝛ tu es virgo: facta es ſtella maris. ⁊ qꝛ tu mutaſti nomen eue. i. maledictionem eue deleſti. ⁊ dediſti nobis benediſctionem: et confudiſti mortem:



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ꝛ dediſti nobis vitā perpetuā.ideo ſolue vincla.i. ligamenta peccati hūani.reis.i.peccatoꝛib⁹.ꝛ ꝓfer.i.tribue:lumē cecis.i.infidelib⁹:ꝛ pelle.i.abijce a nobis mala nr̄a:ꝛ poſce.i.poſtula a filio tuo cūcta bona.

❡ Mōſtra te eſſe matrē.i.oſtende te placando filiū tuū:ꝛ filius tuus ſumat preces tuas per te filius dico ille qui tulit.i. ſuſtinuit eſſe tuus natus pro nobis vt nos ſaluaret.

Monſtra te eſſe matrem:
Sumat per te preces
Qui pro nobis natus
Tulit eſſe tuus.

Et qꝛ ſuſtinuit eſſe fili⁹ tu⁹. ideo o virgo ſingularis qꝛ nulla ſimilis eſt tibi quia poſt partum virgo:in partu virgo: ꝛ ante partum . mitis inter omnes alias mulieres:ꝛ o virgo caſtitatis mater:fac nos ſolutos a culpis:ꝛ fac nos mites.i. manſuetos ꝛ caſtos.ſcilicet in coꝛpoꝛe ꝛ anima fac nos mundos.

Virgo ſingularis
Inter omnes mitis
Nos culpis ſolutos
Mites fac & caſtos.

❡ Et qꝛ mater eſt caſtitatis ꝛ ꝛ ſuauitatis:o virgo.pꝛeſta.i.dona vitā purā nobis: ꝛ para.i.tribue:iter tutū:vt videntes ieſum filiū tuum ſemper colletemur.i. gaudeam⁹ in eo.ſcilicet in pꝛeſenti ei laudes perſoluentes.ꝛ in futuro eū plenius ꝛ perfecti⁹ cognoſcentes ꝛ gaudeamus ꝛ exultemus cum dn̄o noſtro filio tuo.

Vitam præſta puram:
Iter para tutum:
Vt videntes ieſum
Semper collętemur.

Et qꝛ deſcēdit dn̄s nr̄ in vterū virginis. ideo laus.i. gloꝛia ſit deo pr̄i:dec⁹.i. honoꝛ ſit ſummo chꝛiſto excelſo ꝛ ſpūi ſc̄to ſit honoꝛ trinus: ꝓpter trinitatem perſonarum:ꝛ vnus ꝓpter vnitatem eſſentie:vel vnus honoꝛ ſit trinus.Antonius.quid ſi legas tribus.i.patri ꝛ filio ꝛ ſpiritui ſancto.Amen.

Sit laus deo patri:
Summo chriſto decus:
Spiritui ſancto:
Trinus honor vnus.Amen.

❡ Carmē eſt quale illud Primo dierū.Canitur ad horas nocturnas in diebus feſtis diuę marię. Cuius laudibus annumerat quod deum genuit.& in lucē effudit.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

QVē terra pōth⁹ ęthera
Colūt/adorāt / ꝑdicāt
Trinā regētē machinā
Clauſtrū mariæ baiulat.

¶Intentio huius hymni eſt ꝙ autor vult oſtendere hoc quod ꝓphete de chriſto nunciauerūt in genitrice dei maria eſſe completū: oſtēdit ſimiliter qualiter clauſtrū marie baiulat chriſtū. Et nota ꝙ deus fecit hominē ⁊ poſuit eū in paradiſo terreſtri:⁊ precepit ei ne comederet de ligno vite.i.de pomo quod erat in medio paradiſi.ſed diabolo ſuadente eue: ⁊ eua poſtmodum ade ſimiliter ſuadente: ambo comedentes.⁊ ſic diabolo placentes:mortaliter peccauerunt. ⁊ poſt peccatū tante corruptiōis de paradiſo ſtatim a dño eiecti ſe nudos eſſe cognouerunt. Uidēs ergo deus ꝙ aliter non poſſet redimere genus humanū niſi per feminam:in vterū virginis filiū ſuū deſtinauit.⁊ incarnari voluit :ꝑ quē ſumus redēpti:⁊ a peccato liberati. Unde grates reddere tenemur. Dictum eſt ſuperius ꝙ maris ſtella maria eſt mater dei.⁊ etiam quē celum ⁊ terra capere non poterant:tamen clauſtrum marie eum baiulat. Conſtrue.clauſtrum.i.venter beate marie baiulat:illum deum quem regentem trinam machinam mundi. ſcilicet celum terram: mare.vel machinam.ideſt anime concupiſcibilitatem:rationabilitatem.ſenſualitatem:quem ſcilicet chriſtum terra.i.boni. ponthus.ideſt mali.ethera.ideſt celeſtes.colunt. ideſt honorant. adorant. ideſt commendant predicant.ideſt nunciant.

Cui luna ſol & omnia
Deſeruiunt per tempora
Perfuſa cœli gratia
Geſtant puellæ viſcera.

Dico ꝙ celū.i.celeſtes. terra.i.terreni: ⁊ omnia celeſtia ſiue terreſtria laudant.i.adorant illum quem celum ⁊ terra capere non poterant:⁊ vere quia viſcera puelle.i.beate Marie perfuſa.i.repleta:gratia celi.ideſt rore celeſti.geſtant chriſtum cui ſcilicet chriſto.luna ideſt variatio lune:ſol in curſu ſuo.⁊ omnia deſeruiunt. ideſt famulantur:per tempora ideſt temporaliter.

Beata mater munere
Cuius ſupernus artifex
Mundum pugillo continens
Ventris ſub arca clauſus eſt.

Et quia tulit chriſtum poſſumus dicere ꝙ eſt beata mater munere.ideſt donis filij ſub arca ideſt circundatione ⁊ ſecreto:vētris cuius. ſcilicet matris. ſupernus artifex. ideſt celeſtis



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

creatoꝛ clauſus eſt.ille dico continens mundum ideſt vniuerſitatem omnium rerum.pugillo ideſt in diſpoſitione.

Beata cœli nuncio
Fœcunda ſancto ſpiritu
Deſideratus gentibus
Cuius per aluum fuſus eſt.

¶ Et qꝛ ſupernus artifex clauſus eſt ſub pectoꝛe virginis marie:poſſum⁹ dicere ꝙ virgo maria ſit beata nuncio celi.i. angelica ſalutatione.Maria dico.fecunda.i.fertilis ſpiritu ſancto: per aluum cuius.i.marie:⁊ fuſus eſt.i.miſſus: ⁊ natus eſt de virgine Maria:deſideratus a iudeis:⁊ gentibus ſcilicet chriſtus.

¶ Carmen eſt quale illud Primo dierum. Canitur ad laudes matutinas diebus feſtis diuæ Mariæ. Eius laudi attribuit ꝙ deum lactauit & per eam recepimus quod per euam amiſimus.

O Glorioſa domina
Excelſa ſupra ſidera
Qui te creauit prouide
Lactaſti ſacro vbere.

¶ Materia huius hymni eſt ꝙ Maria peperit ſaluatoꝛem.⁊ qꝛ deus contulit ei tantam gratiā ꝙ peperit ſaluatoꝛem.⁊ facit autoꝛ apoſtropham.i. conuerſionem ſermonis: quia deus contulit ei tantam gratiam ꝙ peperit ſaluatoꝛem conuertit ſermonem ſuum ad ipſam oſtendendo eam eſſe glorioſam dicens. O glorioſa domina:excelſa ſupꝛa ſidera.i.o ſponſa domini Maria excelſa.i.alta: ſupꝛa ſidera.i.in ſummo celo:vbi non eſt aliqua vis ventoꝛum:tu lactaſti ſacro vbere:illum qui te creauit prouide.i. ſua ſapientia.

Quod eua triſtis abſtulit
Tu reddis almo germine:
Intrent vt aſtra flebiles
Cœli feneſtra facta es.

Tu reddis.ideſt reſtituis: almo germine ideſt ſancto filio tuo:illud ſcilicet paradiſum qꝺ eua triſtis ideſt miſera: abſtulit a nobis. ⁊ es facta feneſtra celi ideſt xp̄i. vt flebiles.i. flētes peccata ſua:intrent aſtra.i.celos.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Tu regis alti ianua:
Et porta lucis fulgida:
Vitam datam per virginem
Gentes redemptȩ plaudite.

¶ Dico ꝙ homines flentes ſua peccata intrent celos. ⁊ vere q̄a facta eſt ianua. i. oſtium. altis regis fulgida. i. ſplēdida. porta lucis. i. chri. ⁊ o gentes redempte. ſcilicet a chriſto plaudite. ideſt gaudete: vitam eſſe datam per virginem. ſcilicet Mariam.

¶ Carmen eſt quale illud Nocte ſurgentes. Canitur in feſto hypopantes hoc eſt præſentationis ſiue purificationis diuæ Mariæ. Cuius auxilium atq; fauorem implorat.

Quđ chorꝰ vatū venerādꝰ olim
Spiritu ſctō cecinit repletus
In dei factū genitrice cōſtat
Eſſe maria.

¶ In hoc hymno agit autor de natiuitate xpi: ⁊ qualiter debet eſſe cōpletū in in maria quod prophete nunciauerunt ꝙ concepit ⁊ peperit filiū: ⁊ ſimeō gauiſus ſuſcepit eū in tēplo. Dicimꝰ ergo ꝓphete ſenſerūt de aduentu ⁊ de natiuitate xpi. Eſaias eñ dicit. In medio duū aialiū cognoſceris. i. inter bouē ⁊ aſinū: ⁊ alibi. Egredieť virga de radice ieſſe. Et abacuc ſentiēs de xpo ſilr ait. In mediū duū aialium. ⁊c. Multi ꝓphete annūciauerūt ⁊ ꝓphetauerūt de xpo. hoc totū cōpletū eſt in Maria. qꝛ natus: baptizatꝰ: crucifixꝰ: ⁊ in tēplo p̄ſentatꝰ: ⁊ a iuſto ſymeone: ⁊ ab anna vidua ſuſceptꝰ. vnde a perſonis illis q̄ dn̄o obuiauerūt: dictū eſt feſtū illud in quo hymnus iſte cantatur. hypopante domini. i. obuiatio. Conſtruc. Quod chorus vatum. i. exercitus prophetarum. ſcilicet dauid. ⁊ aliorum chorus dico venerandus cecinit. i. ꝓphetauit. olim repletus. i. adimpletus ſpū ſcto. cōſtat. i. manifeſtū eſt: eſſe factū. i. cōpletū in marie genitrice dei.

Hęc deū cœli dominumq; terrȩ
Virgo quē geſſit peperitq; virgo
Atq; poſt partum meruit manere
Inuiolata.

¶ Et vere cōſtat eſſe factū qꝛ. ſ. bſa virgo geſſit dn̄. n. i. xpm deū celi ⁊ terre ⁊ virgo. i. maria pepit illū quē geſſit vel cōcepit. i. portauit. atq; p̄ ⁊. meruit inuiolata manere. i. manſit incorrupta poſt partum



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Quē ſenex iuſt⁹ ſimeō ī vlnis
In domo ſumpſit dñi gauiſus:
Hoc qđ optauit ꝓprio videre
Lumine chriſtum.

Quē.ſ. chriſtū ſymeon iuſt⁹ ⁊ ſenex.i.ſymeon annoſus ſacerdos ſumpſit.i. ſuſcepit in vlnis .i.in brachijs ſuis.in domo.i.in templo dñi: gauiſus.i.letus videre ſuo proprio lumine. quod optauit.ſ.chriſtū/qđ optauit p multa tpa:vel ſi textus habeat:ob hoc optatū ꝓprio videre lumine chriſtū. Cōſtrue ſic.ob hoc ergo ꝙ videret ꝓprio lumine.ſ.oculis carnalibus chriſtū optatū quē diu anteꝗ̄ moreretur videre deſiderauit.

Tu libēs votis petim⁹ pcātū:
Regis ęterni genitrix faueto.
Clara quę celſi renitēs olympi
Regna petiſti.

O tu genitrix.i.mater eterni regis.ſ.chriſti qui caret pñcipio ⁊ fine:petimus te faueto.i. cōcede votis.i.precibus:precantū.i. famuloꝝ:libens.i.libenter:ꝙ ꝓ ⁊:tu renitens.i.ſplendens: petiſti.i.accepiſti vel acceſſiſti:clara regna olympi celſi.i.alti celi. vel ſic ⁊ clara ⁊ renitens petiſti.i.accepiſti:regna celi olympi.

Sit deo nr̄o decus & poteſtas:
Sit & la⁹ ppes:ſit honor pēnis:
Qui poli ſūma reſidet in arce:
Trinus & vnus.

Decus ⁊ poteſtas ſit deo noſtro:perpes ſalus vel laus.ideſt perpetua gloria ſit illi: ⁊ perennis honor ſit illi.i. deo noſtro: qui reſidet in ſumma arce poli ideſt in altitudine celi: trin⁹ in perſonis ⁊ vnus in ſubſtantia.

Carmē eſt aſclepiadeū:cōſtans ſpondeo/duob⁹ coriambis & phyrrhichio:ſed deficit vna ſyllaba:quia cathalecticon eſt. Canitur in tranſitu beatę mariæ.

O Quā gl'ifica luce coruſcās
Stirpis dauiticę regia ples
Sublimis reſidēs virgo maria
Supra cœligenas ętheris oēs.

Materia huius hymni eſt duplex cōmendatio ipſi⁹ marie tā a genere ꝙ a meritis. Cōmēdatio a genere eſt: q2 ipſa eſt de regia ſtirpe.ſ.dauid. Cōmendatio a meritis eſt:q2 ipa peperit xp̄m ſaluatorē noſtrū. Canitur hymnus iſte in tranſitu beate marie qualiter tranſiuit de hoc mundo ad patrem. vel ſi mauis dicere qualiter

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

in aſſumptione ſpiritus eã aſſumpſit. Utrũ aſſumpta fuerit cum corpore: an ſine corpore dubitat̄. Sed melius eſt vt eã credamꝰ aſſumptam cũ corpore. O regia ꝓles ſtirpis dauiticę. o maria q̄ es ramus ipſius dauid. Ipſe eñ fuit quercus a qua rami ꝓcedũt: ⁊ tu es ramus ⁊ ſtirps ⁊ ꝓles que ponunt̄ ꝓ eodẽ: ſed non idẽ ſignificant. eſt enim ꝓles qđ aliunde habet initiũ. Stirps idẽ eſt q̄ trũcus. a quo ramus velut a patre filius ꝓcedit. O q̄. i. q̄tum glorifica luce. ideſt glorioſa: coruſcãs. ideſt ſplendida parens: o virgo maria tu dico ſublimis. ideſt in ſublimi. ſ. in celo tu es reſidens. i. ſedens ſupra omnes etheris celigenas. ideſt ſuper omnes angelos genitos in celo: quia in celo fuerunt creati angeli a deo.

Tu cũ virgineo mater honore:
Angelorũ dño pectoris aulam
Sacris viſceribus caſta paraſti:
Natus hinc deꝰ corpe chr̄us.

O maria mater cũ virgineo honore. hoc eſt exiſtens mater ⁊ virgo: tu virgo inq̄ caſta paraſti aulã pectoris tui dño: et q2 paraſti viſcera tam mũdata: ideo hinc. i. ex illis viſceribus natus eſt chriſtus deus. i. dignatus eſt naſci corpore: ideſt quantum ad corpus. quia humanitatem ſumpſit in te.

Quẽ cũctꝰ venerãs orbis adorat:
Cui nunc rite genu flectit̄ omne.
A quo nos petimus te veniente
Abiectis tenebris gaudia lucis.

Quem cunctus venerãs orbis adorat. i. quẽ oẽs homines venerant̄ ⁊ adorant: cui. i. ad honorẽ cuius omne genu flectit̄. i. oẽs flectũt genua: a quo. ſcilꝫ chriſto: nos petimus te veniente. i. intercedente gaudia lucis eterne. abiectis tenebris: ideſt peccatis remotis a nobis.

Hoc largire pater luminis om̄is
Natum per ꝓpriũ flamine ſacro.
Qui tecũ nitida viuit in æthera
Regnãs ac moderãs ſc̄la cũcta. ãm.

Superiꝰ fecit autor apoſtrophã ad beatã mariam: ſed in hoc loco ad patrẽ vt ipſe dignet̄ nobis dare que predicta ſunt dicẽs. O pater luminis oĩs. i. origo ⁊ factor totius claritatis. largire nobis hoc. ſcꝫ gaudia largire inq̄ per ꝓpriũ natũ. i. amore filij tui: ⁊ ſacro flamine. i. amore ſpũſſancti qui chriſtus viuit tecũ in nitida. i. mũda: ethera. i. in celo. regnans ac moderãs ſecula cuncta. i. omnes gentes exiſtentes in hoc ſeculo.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Carmen eſt omni lege carminis ſolutū. Canitur in feſto beatæ virginis Agathæ.

Martyris ecce dies agathę
Virgis emicat eximiæ.
Qua chr̄s eã ſibi ſociat;
Et diadema duplex decorat.

¶ Prudentiꝰ q̄ hūc hymnū in honorē btē Agathe cōpoſuit laudat deū q̄ tātā ꝯſtantiā ꝯtulit ſancte agathe ꝟgini. Ecce.i.videte dies Agathe martyris: eximie.i.magne ꝟginis: emicat.i.valde ſplēdet.q̄.ſ.die chr̄s ſociat.i.ꝯiungit eã ſibi vel accedere facit ad ſe: ⁊ duplex diadema.i.duplex corona.ſ.martyrij ⁊ caſtitatis: decorat.i.honorat eam.

Stirpe decens: elegans ſpecie:
Sed magis actibus atq; fide.
Terrea proſpera nil reputans:
Iuſſa dei ſibi corde ligans.

¶ Decēs.i.nobilis ſtirpe fuit et ꝓgenie elegās ſpecie.i.decus ꝯueniēs ⁊ pulchra facie: ſed magis pulchra actibꝰ atq; fide.i.opibꝰ fidei: illa dico reputās nil ꝓ nihilo ducēs: terrea.i.terrena.ꝓſpera.i.terrenoꝝ ꝓſperitatē: ⁊ ligans.i.retinēs: ſibi corde.i.mente iuſſa.i.precepta dei.

Fortior hęc trucibuſq; viris
Expoſuit ſua mēbra flagris.
Pectore q̄ꝫ fuit valido
Torta mamilla docet patulo.

¶ Hec ſcꝫ Agatha fortior viris trucibꝰ.i.crudelibus: expoſuit ſua mēbra.ideſt dedit flagris.i. verberibus et flagellis: mãmilla torta a carnificibus: docet.ideſt manifeſtat patulo.ideſt aperte.q̄ꝫ ideſt quantum ipſa Agatha fuit valido pectore.ideſt forti mente ⁊ corpore.

Delitiæ cui carcer erat:
Paſtor ouē petrus hãc recreat.
Inde gauiſa magiſq; flagrans
Cuncta flagella cucurrit ouãs.

¶ Cui Agathe carcer erat delitie.i.pro delitijs vel loco delitiaꝝ.paſtor petrꝰ recreat.i.ꝯſolat̄: hãc ouē.i.agathã ⁊ īde gauiſa.i.leta.⁊ magiſ flagrãs.i.amore dei cucurrit.i.ſuſtinuit cuncta flagella: ouãs.i.gaudēs.

Ethnica turba rogum fugiēs:
Huius & ipſa meretur opem.
Quos fidei titulus decorat:
His venerem magis premat.

¶ Ethnica turba.i.gentilis vel pagana q̄ iuxta ethnam habitauit: fugiens rogū.i.cōbuſtionē ip̄a turba meretur opē ipſiꝰ agathe.i.meruit au

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

xiiii:ergo deus premat magis et reſtringat venerem.i. luxuriam:his ideſt oibus: quos titulus.i.honor vel ſignū fidei decorat.i.honorat. Et nota quod quodā tēpore ethna cepit cōburere totam ciuitatē cathenienſium.et ideo pagani venerunt ad ſepulchrū ſancte agathe:et acceperunt velum et proiecerunt in ignem:et ſtatim ignis extinctus eſt.

Iam renidēs quaſi ſponſa polo
Pro miſeris ſupplica domino.
Sic ſua feſta coli faciat:
Se celebrantibus vt faueat.

¶ Tu ſtella renidēs.i.ſplendens polo.i.in celo.qſi ſponſa chri ſupplica domino pro miſeris:ideſt pro nobis peccatoribus. vt faciat coli.ideſt celebrari ſua feſta ſic vt faueat:ideſt det auxilium celebrantibus ſe.

Gloria cum patre ſit genito:
Spiritui proinde ſacro.
Qui deus vnus eſt oīpotens:
Hāc memorum faciat mēorē. Amē

¶ Gloria et laus ſit genito: ideſt filio:et cū patre et ſpiritu ſacro.i.ſancto.proinde qui deus vnus ē oīpotēs faciat hāc ſ.agathā: memorē memorū ſuorum:nrorum q eius feſtū et memoriam celebramus meminerit et nos adiuuet ſuis pcibus. Amen.

¶ Carmē eſt quale illud Nocte ſurgentes: ſed cacometrum. Canitur in feſto ſancti Benedicti abbatis.

CHriſte ſctōrum decus atq virtus
Vita & forma via lux & ſalus
Supplicū vota paritercp hymnū
Suſcipe clemens.

¶ In hoc hymno agit autor de vita et habitu ſcti Benedicti et de miraculis eius: ſcilicet de capiſterio fracto i pueritia ſua ſanato.et de puero a latice tracto. Intēdit rogare deum qui eſt vita et lux omnium fidelium vt noſtra vota ſuſcipiat:et noſtra peccata expellat:et fauorem ſuum tribuat:et gratā ſuam concedat meritis ſancti Benedicti. O chriſte:tu decus.i.honor atq virtus ſanctorū: qr per te virtuoſi ſunt et vita:quia per te viuunt.et forma:quia te imitari debent. vnde dixiſti. Ego ſum via et veritas et vita.via:quia per te eunt ad patrem.et lux:quia per te illuminantur.et ſalus:quia per te ſalui facti ſunt.et tu qui talis es o clemens:ideſt o miſericors: ſuſcipe vota ſupplicum.i. ſupplicantium:q pro et:pariter hymnum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Qui tuū dudum bn̄dictū ad té
Attrahēs mire ſegregaſti mūdo.
Vt ꝓbra mūdi reprobare diſcēs
Te ſequeretur.

¶ Qui attrahēs dudum.i. olim tuū benedictū ad te et virtuoſa opa ſegregaſti: mire.i. mirabiliter. mundo.i.a mundo. et quare vt diſcens reprobare.cōtrahere:vel ſpernere. probra mundi.i. peccata mūdi et iniquitates:⁊ ſequeret te:quia tu dixiſti. Qui ſequitur me nō ambulat in tenebris:ſed habebit lumē vite ⁊ miſericordie/ dicit dominus.

Cuius deuotū animum pueri:
Gratia præſtans fidei valere:
Qua valēs mira ꝓcibus peregit:
Mente fideli.

¶ Deuotū animū.i.religioſum:cui⁹ pueri.i.bn̄dicti gr̄a fidei:de qua plen⁹ erat ſctūſ bn̄dict⁹ p̄ſtās valere.ſ.poſſe: q̄ gr̄a fidei valēs bn̄dict⁹ pegit mira.i.miracula q̄ i dialogorū libro poſſunt inueniri.ꝓ precibus ⁊ mēte fideli.i.firma fide.

Dehinc extēdēs pedē in remotis:
Ardua ſcandēs cruciari malens:
Corporis art⁹ iuuenilis ardēs:
Caſto amore.

¶ Dehinc.i.deinde. extēdēs pedē in remotis locis.i.eremo: malēs.i. magis volens cruciari q̄ fouere. artus iuuenilis corporis.⁊ quare:q: erat ardēs caſto amore dei: ſcandens idest aſcendens:ardua ideſt excelſa.

Gloriam patri reſonemus oēs:
Et tibi cōpar vtriuſq; ſemper
Spūs alme deus vnus omni
Tempore ſecli.

¶ Omnes reſonemus:ideſt perſoluamus gloriā.i.laudē patri:et o alme.i.ſancte ſpiritus:cōpar.i.equalis:vtriuſq; ſcʒ patris ⁊ filij. tu dico vn⁹ deus omni tempore ſecli reſonem⁹: ideſt perſoluamus gloriam:ſemper: ideſt in omni tempore:tibi ideſt ad honorem tui.

Imbuit poſthinc hoīes beatos:
Regulis arctis animos retundi.
Et iugo ſemp domini polorum
Subdere colla.

¶ Cōſtrue.imbuit.i. docuit vel impleuit: poſthinc.i. deinde homines beatos.i. bonos vel benedictos: regulis arctis.i.ſtrictis:retūdi. ideſt refrenari animos ſuperbos:et docuit ſubdere colla.ideſt mentē ſemper iugo domini polorum.i.preceptis domini.

Miniſterio de Educación, Cultura y Deporte

Ex qbꝰ maurꝰ ſedulꝰ miniſter:
Obſeqũẽs patri latice leuatũ:
Gurgite fontis puerũ retractum:
Aequore traxit.

¶ Ex qbus ſanctis: ſanctꝰ maurus fuit ſedulus.i. aſſiduus: miniſter.ſ. ſancti bñdicti. obſequẽs.i.obediens: patri.i.benedicto. traxit puerũ: ſcʒ merſum puerum dico retractum gurgite fontis latice.i. ex aqua equoris: leuatum idest exiſtentem ſuper planiciem aque.

Huius o chriſte meritis p̃camur:
Vt arceas irã: tribuas fauorem.
Gratiã p̃ſtans veniãq; nobis:
Mitis ad omnes.

¶ O chriſte precamur veniam meritis eius ſancti benedicti: vt arceas.i.repellas a nobis iram: ⁊ tribuas fauorẽ.i.auxiliũ: p̃ſtans gratiã ꝟtutũ ⁊ veniã pctoꝝ nob: tu dico mitis.i.ſuauis reſpiciendo ad oẽs.

Præbe oramꝰ deꝰ alme rector.
Vt fides noſtra vitiis reſiſtat.
Atq; virtutũ ſtudiis miniſtra:
Pectore puro.

¶ O alme deus.i.ſancte rector.i. gubernator: oramꝰ.i. deprecamur: p̃be nobis vt fides nr̃a reſiſtat vitijs: atq; miniſtra ſtudijs virtutũ pectore puro. Gloria p̃ri ⁊c.

¶ Carmẽ eſt dimetrum iambicũ cacometrũ. Canitur in quadrageſimali ieiunio. quod eſt tempus ad pœnitentiam peccatorũ aptiſſimum.

Iam chriſte ſol iuſticiæ.
Noctis recedãt tenebræ:
Nunc mentis cat cæcitas
Virtutum & lux redeat.

¶ In hoc hymno rogat autor deũ: vt in hoc tẽpore tribuat nobis cor penitens: et quos longanimitate pietas expectauit: ſua benignitate ad ſe conuertat. O chr̃e ſol iuſticie.i.ſplẽdor pietatis: tenebre noctis.i.peccata nr̃e mentis.ſ.cecitas: eat.i.recedat: nunc.i.in hoc tempore ⁊ lux virtutum redeat.i.virtutes bonoꝝ operum in nobis redeant.i.reuertantur.

Da tempus acceptabile
Et pœnitens cor tribue:
Nos noxios tranſeat hoc
Quod benigne prærogas.

¶ Da tẽpus acceptabile cõgruum ad penitentiã: qđ ante paſſionem.ſ.in veteri teſtamẽto nõ erat: q2 oculꝰ ꝓ oculo: ⁊ dẽs ꝓ dente dabat: mo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſo autem non ſic.⁊ tribue nobis cor penitens:vt non tranſeat.i.non reddat nos noxios hoc.ideſt propter hoc.quod prerogas.i. interpellas deum patrem pro nobis:benigne.i.miſericorditer.

¶ O chriſte da quiddam.i. paululũ penitẽtie ferre.i.agere nobis qd.i.ꝓpter quã penitentiã dẽptio.i.ablutio criminũ fit. ⁊ hoc tuo munere maiori criminibus: q2 delet crimina.licet ꝑ quãuis grãdium.i.magnorum peccatorum.

Quiddamq; pœnitentiæ
Da ferre licet grandium
Maiori tuo munere
Quod demptio fit criminum.

¶ Uere debes dare penitentiam q2 tua dies iudicij vel paſchalis feſtiuitas venit.q2 nos ſum⁹ ĩ quos fines ſeculorũ deuenerunt:dies.ſ.paſchalis venit.i.accedit dies dico illa in qua.ſ.die oĩa.ſ.mentes hominũ:reflorẽt.i.micãt virtutibus. ideo letemur in hac die.vt ꝑ ſicut reducti ſumus:ideſt redempti:per hanc tuam gratiam.i.gratis.⁊ redemiſti nos ⁊ ſaluaſti.

Dies venit dies tua
In qua reflorent omnia.
Lætemur in hac vt tuam
Per hanc reducti gratiam.

Et ideo clemẽs trinitas in pſonis et vnitas in eſſentia vniuerſitas rerum.i.vniuerſa res adoret te:⁊ nos facti noui per veniã. ideſt per tuam gratiã:canamus canticum nouum.i.iubileum:qd mente nec ore poteſt exprimi.

Te rerum vniuerſitas
Clemens adoret trinitas.
Et nos noui per veniam
Nouum canamus canticum.

O beata trinitas preſta: ideſt dona. ſcilꝫ trinus deus in perſonis.⁊ o ſimplex vnitas:ſcilicet ſubſtantia:concede ideſt iube vt munera ieiunioꝝ noſtrorum ſint fructuoſa ideſt fructus bonoꝝ ferentia: tuis fidelibus ieiunantibus id eſt vt ieiunia noſtra ſint acceptabilia ⁊ tibi placentia.

Præſta beata trinitas
Concede ſimplex vnitas
Vt fructuoſa ſint tuis
Ieiuniorũ munera. Amen.

¶ Carmen eſt quale illud Primo dierum. Canitur a principio quadrageſimalis ieiunii.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

AVdi benigne conditor
Noſtras preces cū fletibꝰ
In hoc ſacro ieiunio
Fuſas quadragenario.

Materia huiꝰ hymni eſt cōmendatio ieiunij: ⁊ hortat nos ieiunare et deo ſeruire: et in hoc tempore ieiunij in orōnibus pluſq̄ in alijs diebus inſiſtere: vt in die iudicij habeamus vitā eternā. O benigne conditor. i. creator omniū rerum: audi preces nr̄as cum fletibus: preces dico fuſas in hoc ſacro ieiunio: quadragenario ideſt in numero quadraginta dierum. in quibus digne ieiunare debemus.

Scrutator alme cordium
Infirma tu ſcis virium
Ad te reuerſis exhibe
Remiſſionis gratiam.

Et q: fundimꝰ p̄ces o alme ſcrutator. i. īquiſitor omnium cordiū noſtrorum: bene dico ſcrutator: q: tu ſcis: ideſt cognoſcis infirma virium: exhibe. i. oſtēde vel da gratiam remiſſionis tue: reuerſis ad te. i. penitentibus.

Multum quidem peccauimus
Sed parce confitentibus.
Ad laudem tui nominis
Confer medelam languidis.

Bene dixi reuerſis: quia peccauimus multū quidē. i. certe: ſed parce ideſt condona confitentibus peccata: et confer. i. tribue medelam lāguidis. i. medicinā peccatoribus: ad laudē tui nominis. i. ad hoc vt nomen tuum laudetur.

Sic corpus extra conteri
Dona per abſtinentiam
Ieiunet vt mens ſobria
A labe prorſus criminum.

Te vtriuſq́ꝫ ſpiritum
Credamus omni tempore.

Da o ſancte ſpiritus: vt per te ſciamus patrem: atq́ꝫ noſcamus filium:et credamꝰ te vtriuſq́ꝫ ſpiritum ideſt procedētem a patre ꝛ filio omni tempore. Amen.

¶Carmē eſt quale illud Primo dierū. Canit̄ in feſto pentecoſtes:quo ſpirituſſanctus miſſꝰ eſt ad diſcipłos chriſti:narratq́ꝫ quæ in eius miſſione facta ſunt.

Iam chr̄us aſtra aſcēderat
Regreſſus vnde venerat
Promiſſa patris munera
Sanctum daturus ſpiritum.

¶Materia huius hymni eſt eadem que in premiſſo. Spūſſanctus conſolator vel aduocatus dicitur: q̄ꝛ conſolatur nos cum ſumus in peccatis trahēdo nos ad celeſtem patriam. Ipſe ſpirituſſanctus cum ſplendore feruenti apparuit diſcipulis ſuis : et quia



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſermo igneus futurus erat.ideo in ignea lingua eis apparuit: quia fecit eos ardentes in dilectione dei ⁊ proximi ⁊ perito ſermone affluentes. ¶Conſtrue.chriſtus aſcenderat iam ſecundū humanitatem: aſtra.i.celos:chriſtus dico:regreſſus.i.aduerſus vnde venerat: daturus apoſtolis munera promiſſa patris.i.ſpiritumſanctum.

¶ Solēnis.i.feſtiualis dies vrgebat.i.feſtinabat: vel imminebat ſeptiēs ſeptem:q̄ ſunt quadraginta ⁊ nouē. ⁊ vno addito quinquaginta.per ſeptē intelligimus tēporalia.i.corporalia:ꝑ que ſeptē totū tēpus vite noſtre voluitur:in quo debemus liberari a pccīs.vt perueniamus ad illam beatitudinem : que intelligitur per quadraginta dies:in quibus ieiunare debemus:vt peruenire poſſimus ad diem ſabbati ideſt ad requiem quo die myſtico ideſt figurato:ſeptemplici: ideſt per figuram ſeptemplicem : orbis ideſt ſeptimana: volutus ſepties ideſt per quadraginta ⁊ nouem dies:ſignat beata tēpora.ſcilicet futura.ideſt eternam requiem.

Solemnis vrgebat dies
Quo myſtico ſeptemplici
Orbis volutus ſepties
Signat beata tempora.

Et quia chriſtus aſcenderat dū hora tertia videbat̄ eſſe cūctis omnibus apoſtolis: mūdꝰ intonat repēte.i.ſubito ⁊ ille ſonus vel mundus nūciat deum veniſſe orantibus apoſtolis.i. ſimul in vnum locum congregatis: ⁊ orantibus ⁊ expectantibus ꝓmiſſionem domini ſui ſcilicet chriſti : cum ipſe de illa ꝓmiſſione eis ante aſcenſionē chriſti locutus fuiſſet dicens. Uado ⁊ venio ad vos ⁊ mittam vobis paracletum.i. conſolatorem qui docebit vos omnē veritatē.⁊ ita facti perfectiores in omni ſcientia erāt:qꝛ diuerſa genera linguarum loquebantur:⁊ predicabant.magnalia dei.

Dum hora cunctis tertia
Repente mundus intonat
Orantibus apoſtolis
Deum veniſſe nunciat.

Et qm̄ quidē pater miſit ſpiritū:ergo ignis.i.ſpūs: decorus .i.pulcher ē almꝰ de lumine patris:qui ſpūs cōpleuit.ſ.vt haberent ſcientiam loquendi:pectora apoſtolorum vel hominum fida.i.fidelia chriſti ⁊ hoc calore.i.ardore: verbi.i.filij.

De patris ergo lumine
Decorus ignis almus eſt:
Qui fida chriſti pectora
Calore verbi compleuit.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Impleta gaudent viſcera
Afflata ſancto ſpiritu:
Voces diuerſas intonant
Fantur dei magnalia.

¶ Viſcera apoſtolorum impleta ideſt ſatiata gaudent: quia fecit eos loquentes: et etiam ardentes in amore: et afflata ideſt inflammata ſpirituſancto: intonant diuerſas voces ideſt loquuntur idiomata omnium linguarū: et fatentur vel fantur magnalia dei, ideſt mirabilia dei ideſt predicāt nomen chriſti.

Ex omni gente cogniti
Grecis: latinis: barbaris.
Cunctiſqꝫ admirantibus
Linguis loquuntur omnibꝰ.

Ex omni gente ideſt ex omnibus gentibus cogniti ſunt apoſtoli ſcilicet a grecis: latinis: barbaris: cunctiſqꝫ admirantibus apoſtoli loquūtur linguis omnibus que ſunt. lxxij.

Iudæa tunc incredula
Væſana toruo ſpiritu
Ructare muſti crapula
Alumnos chriſti concrepat.

Cum apoſtoli ita loquebantur: omnes admirabantur ſic loquentes: credētes deum in eis eſſe. ſed iudea increpat eos: ideſt plebs iudeorum incredula. i. infidelis. illa dico veſana ideſt inſana: toruo ſpiritu. ideſt ſuperbo: concrepat alumnos. i. diſcipulos chriſti ructare crapula muſti. i. affirmat eos vino inebriari.

Sed ſignis & virtutibus
Occurrit & docet petrus
Falſa profari perfidos
Iohelis teſtimonio.

Eſtimabant iudei ꝙ pre nimio potu muſti ideſt per ebrietatem apoſtoli taliter loquebātur ſed petrus occurrit ſignis. ideſt miraculis ⁊ virtutibus docet. ideſt probat perfidos iudeos profari ideſt loqui falſa: iohelis prophete teſtimonio: prophetauit enim Johel ſic. Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem et prophetabunt filij veſtri ⁊ filie veſtre.

Sit laus patri cum filio
Sancto ſimul paracleto.
Nobiſqꝫ mittat filius
Chariſma ſancti ſpiritꝰ. Amē.

¶ Laus ſit patri cum filio ſimul ⁊ ſancto paracleto ideſt ſpirituſancto: ⁊ filius mittat nobis omnibus fidelibus: chariſma. ideſt donum ſpirituſſancti. vel gratiam ſpirituſſancti.



BIBLIOTECA PUBL...
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶Carmen eſt quale illud Primo dierum. Canitur in feſto pētecoſtes ſicut & ſuperiores hymni. Narrat qd ex hac miſſione cōſolatoris ſpiritus euenerit. petitq̃ illius dona nobis infundi.

Beata nobis gaudia
Anni reduxit orbita
Cum ſpiritus paraclétus
Effulſit in diſcipulos.

¶Materia huiꝰ hymni eſt ſpūſ ſanctus quē pater ⁊ filius ꝓmiſerunt. Johelc dicēte. Effundā de ſpū meo ſuꝑ oēm carnē ⁊ ꝓphetabūt filij veſtri ⁊ filie vr̄e. ⁊ filius dicit. Si aſſumptus fuero a vobis in celū mittā vobis paraclitū. Et apl̄is orantibus mundus intonat: ⁊ venit ſpūſſanctus in ſpecie ignis: quo apl̄i inflāmati loquebant̄ magnalia dei varijs linguis Querit̄ hic vtrū filius ſit a patre nō factus ſed genitus ⁊ preiacentī materia dico ex ſubſtantia patris: ⁊ nō ex aliquo: ſed ex patre. Similiter dico de proceſſione ſpiritusſancti: q2 fit ex patre ⁊ filio: ⁊ de ſubſtantia vtriuſq̃ coequalis eis. ⁊ non ex aliquo factus: nec ex nihilo. Conſtrue. orbita. i. reuolutio anni reduxit nobis beata gaudia: cum ſpiritus paracletus effulſit. i. reſplenduit in diſcipulos.

Ignis vibrante lumine
Linguæ figuram detulit:
Verbis vt eſſent proflui
Et charitate feruidi.

Cōſtrue ignis. i. ſpūſſctus cū ſplēdore feruēte apparuit diſcipulis: q2 ſermo eoꝝ futurꝰ igneꝰ erat ⁊ ideo in lingua ⁊ igne apparuit: q2 fecit eos ardētes in dilectione dei ⁊ ꝓximi: ⁊ pariter ſermone affluentes qd dicitur hic ignis. i. ſpūſſctus: detulit figurā lingue vibrante. i. feruente: lumine ſuo. i. ſplendore: vt illi apoſtoli ⁊ diſcipuli eſſent proflui. i. facundi ⁊ loquentes: verbis ideſt varijs linguis: ⁊ feruidi ideſt ardentes ⁊ inflammati charitate.

Linguis loquuntur omnium
Turbę pauent gentilium
Muſto madere deputant
Quos ſpiritus repleuerat.

Illi apoſtoli loquuntur linguis omnium. et ideo turbe gētilium pauent ideſt mirantur. et turbe ille deputant: ideſt valde putant: madere: ideſt abundare: muſto. i. vino illos quos ſpiritusſanctus ſuo ſplendore repleuerat.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Patrata ſunt hæc myſtice
Paſchæ peracto tempore
Sacro dierum numero
Quo lege fit remiſſio.

¶ Cum filij iſrael quadraginta ⁊ nouem annis p deſertum erraſſent: i quinquageſimo anno iuxta mōtē ſynai cum fulgore ⁊ tonitruo legem acceperunt. Item in lege Moyſi filij iſrael emebant ſeruos ⁊ ancillas ⁊ agros: et poſſidebāt quadraginta ⁊ nouē annos: in quinquageſimo anno omnes liberabant. inde dicitur annus iubileus. id eſt remiſſionis: et ſignificat octauam diem reſurrectionis in qua oēs liberati erant a ſeruitute diaboli: et hoc eſt myſtice. i. figuratiue: ſunt parata ideſt completa: peracto ideſt completo: tempore paſche ſacro numero dierum: in quinquagenario: quo numero: fit remiſſio in lege moyſi: vel myſtica ideſt figuratiua.

Te nunc deus piiſſime
Vultu precamur cernuo
Illapſa nobis cœlitus
Largire dona ſpiritus.

¶ O piiſſime deus pcamur te: nunc. i. in preſenti: vultu cernuo. i. prono: largire dona ſpūſſancti: illapſa nobis celitus. i. diuinitus infuſa.

¶ Carmen eſt quale illud Luſtra ſex qui iam peracta: ſed cacometrū. Canitur in feſto Euchariſtiæ: ideſt bonæ gratiæ: hoc eſt corporis chriſti. Narrat queadmodum hoc ſacramentū in cœna inſtitutum eſt a Chriſto.

Pange ligua glorioſi corporis myſteriū:
Sāguiniſq; pcioſi quē in mundi pcium
Fruct⁹ vetris generoſi rex effudit gētiū.

¶ Materia huius hymni glorioſiſſimi (q; de chriſto infinite glorioſo ⁊ ſolēniſſimo) eſt quoddā preceptum obſeruantia dignū ab eccleſia militanti approbatū ⁊ dictum. Unde diligētiſſime huic fides adhibenda: iuxta Aurelij Auguſtini dictū in epiſtola ad Fundanum. Euangelio non crederem: niſi q; eccleſia approbat. Quod quidē preceptum eſt vt pangamus ⁊ cātemus corde et lingua euchariſtie ſiue corporis chriſti myſteriū. Pro quo eſt aduertendum: q; differētia talis eſt inter iſta tria vocabula ibi reperta/ ſc; myſterium/ſacrificium/et ſacramentū. Nam primo myſteriū dicitur ſacrū ſecretum vel ſacrum abſcōditum. Et ratio eſt ex ſua deri-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

natione ſumpta:qꝛ dicit a myſtis:vel myſticem grece qđ idem eſt qđ ſecretum latine. Sacrificiū vero generaliter non ꝓprie ſcđm Iſidorum eſt victima:et quecūqꝫ in ara cremātur ⁊ ponūtur: ⁊ ſic ſumit pro oblationib⁹ quas antiqui faciebāt ſcꝫ vituloꝝ hircoꝝ ⁊c. Sacramentū tamē intelligit ſic.idē eſt ꝙ ſacre rei ſignū:quantū ad etymologiam vocabuli.vel ſacramentū eſt rem ſacratā cōtinēs. Nā aliud cernit:aliud intelligit. Et dicit a ſacer ſacramentū ſacramēti. qđ idē eſt ꝙ pignus ſponſionis ſicut iuſiurandū dat alicui:vt ſit fideiuſſoꝛ. Quapꝛopter tm̄ ergo ſacramentū.ſ.euchariſtie de quo hymn⁹ cantat eſt datus nobis in pign⁹ beatitudinis ⁊ ꝓmiſſi aduētus ad iudicium. Nā ꝓmiſit chꝛiſt⁹ ꝙ habet alias oues ducere ad vnū ouile:et erit vn⁹ paſtoꝛ.ſm Matth. Et in alio loco:veniet filius hois in nubibus celi ⁊c. Et etiā in alio loco quaſi pollicēdo dixit. Eſtote parati:qꝛ qua hoꝛa nō putatis filius hois veniet:ſicut iam antea iuſiurādum fecerat ⁊ cōpleuit ad abꝛaā teſtante Zacharia. Iuſiurandū qđ iurauit ad abꝛaā patrem noſtrū daturū ſe nobis: qđ de facto cōpletum reuera accepim⁹ in die natiuitatis. Qđ quidē ſacramētū ⁊ myſterium ⁊ mirabile a ſeculis nō auditū inſtituit in die paraſceue exiſtens ille rex māſuetus: cū diſcipuliſqꝫ facto ſermone conſolatiuo ex vno latere:et ex altero multe amaritudinis:qꝛ dixerat:nocte hac ſcādalū ꝓpter me patiemini. Circa qđ pōt eſſe vnum dubiū:quare magis inſtitutū eſt tali die a chꝛo iſtud ſacramentū: ⁊ nō in alio tpe: cū ratio dubij poteſt eſſe iſta. Pꝛima diſpoſitio ſm philoſophos debet pꝛecedere foꝛmā.qꝛ in ſcđo de aia.⁊ ſeptimo metaphiſice. Act⁹ actiuoꝛū ſunt in patiēte diſpoſitio. Sed baptiſm⁹ eſt diſpoſitio ad hoc ſacramentū:ergo baptiſm⁹ eſt pꝛioꝛ.vltra: cum baptiſm⁹ fuit inſtitut⁹ poſt paſſionē.ergo ſacramētū altaris debuiſſet inſtitui poſt paſſionē.
Reſpondeo ꝙ hoc ſacramētū tota eccleſie curia ducēte in hac die inſtitui debuit:⁊ nō ante nec poſt:ꝙ plurimis:et pſertim qͣtuoꝛ rationibus arcta ⁊ mota. Pꝛima eſt rōne hui⁹ ſacramēti neceſſarie aſſignationis. Nā neceſſitas qua aſſignat quare hoc ſacramētū inſtitui debuit:eſt ſignū:qꝛ ad perfectionē noſtrā exigebat:vt.ſ.caput nr̄m chꝛs realiter coꝛpi piūgeret:ſed toto tpe pcedēti chꝛs ſub ꝓpria ſpecie nobiſcū cōſtitut⁹ eſt:ergo nō opoꝛtuit ante hoc ſacramētū inſtitui:ſꝫ tūc in illo tpe qn̄ coꝛp⁹ aſſumptū oblatur⁹ erat. Euſebio atteſtāte. Scđa ratio eſt ratione legalis figurationis. Nā chꝛiſtus ꝙdiu fuit in mūdo cōuerſat⁹ figuras legis obſeruare voluit: fact⁹ ſub lege:vt eos ꝗ ſub

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lege erant redimeret a pcĉo ſm aplm. Sed veniēte veritate ceſſat fi gura: et vmbra. Veniēte luce: ergo chro recedente p mortē: qñ figure legis terminãde erant debuit inſtitui. Tertia ratio eſt rōne repſenta tionis. Nã hoc ſacramentū eſt repſentãs terminū dñice paſſionis. er go congruū erat ineūte iã paſſiōe inſtitui. Quarta ratio. rōne fortio ris impreſſiōis: qr que vltimo fiūt magis memorie imprimunt ꝛ cō mendant. ergo vltimo poſt cenã inſtitui debuit diſcipulis chro receſ ſuro. Et hec ratio tangit in decretis. de ꝯſecra. diſ. ij. ca. Liquido. vbi dicit ꝙ in memoria ꝛ in expſſione paſſionis chri eſt inſtitutū. Reſtat dicere ꝛ reſpōdere ad rationē factam: qr nō eſt neceſſariū eundē eſſe ordinē inſtitutionis ſacramentoꝝ: et pceptionis. ꝛ cauſa eſt qr ad finē qui nobis ꝯſtituitur vltimo peruenimꝰ. Ideo euchariſtia quoddã modo eſt finis baptiſmi: qr per baptiſmū aliud cōſecratur ad eucha riſtie pceptionem ſicut per ordinē ad eius perceptionē. Hoc peracto redeamus vnde digreſſi ſumus: ꝙ ſi illi tres pueri a camino ignis li berati: in laudē dei quoddã canticū cecinere. ſ. Benedicite oīa opera domini dño. ꝛ Zacharias ꝓpheta aliud canticū / ꝛ iuſtꝰ ſymeō aliud canticū ꝛ hymnū nō parua iocūditate cecinit: ob hoc ꝙ verū redem ptorē ieſum in vlnis ſuis tenuit: hinc decetero factꝰ eſt vidēs ꝛ gau dens ita dixit. Nūc dimittis ſeruū tuum dñe. Et eccleſia talia ſupra dicta cantat ꝛ pcipit canere. Quãtomagis iſtud ſacramentū ſacra mentorū quantum Xbis poſſumus exprimamꝰ canēdo et iubilãdo: per qđ nō modo tres pueri: immo infiniti hoīes ab inferi igne liberã tur. Qđ etiam nō ſolū vnū illuminauit: immo totū mūdū qđ nō ſolū in brachijs illū eundē ieſum recipimꝰ: ſed in pectoribꝰ tanꝙ in taber naculo ſuo nobiſcū cenãs ꝛ ꝯgaudēs. Et illud de quo pſalmiſta Da uid in pſona dei mãdat ꝙ cãtemꝰ pſalmo. xcv. Cãtate dño canticū nouū: cãtate dño oīs terra. Cãtate dño ꝛ bñdicite noī eius: annūcia te de die in diē ſalutare eius. i. chriſtū ꝯtentū in hoc ſacramēto. Nam iſtud eſt nouū in tpe: qr ante in nulla lege / nec nature / nec ſcripture. Nouū in excellētia: qr nullū antea nec poſt excellētiꝰ. Nouū in cōſe cratione: qr nuſꝙ Xbis ſimilibꝰ aliqđ ſacramētū fuit ꝯſecratū. nec ve teris nec noue legis. Nouū in aſſumptiōe: qr ī alijs qđ ſumit: maſti cat: frãgit: decoquit: digerit. Ibi ſemp aſſūptū realiter ītegre: ꝛ abſ ꝙ vlla mutatiōe augmēti: nec detrimēti. Quãobrē ecclia militãs ꝛ abſ ꝙ nulla ruga ꝓpter tm̄ ſacramētū ſaluberrimū oībꝰ ꝑmatū publice letãter Xbis ī celū eleuatis nō parua harmonia cãtat ꝛ pcipit canere

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

iuxta dictũ ſponſi ſcʒ chriſti. Exemplũ do vobis. vt quemadmodum ego facio ꝙ ſic faciatis: vt patet in expoſitione littere. Ad quã veniamus: ſic dicendo. O lingua militie chriſtiane: nõ perfidie iudeorũ: nõ porci mahometi/ ſuorũqꝫ complicum: pange. i. cane: vel tanꝗ tuba exalta vocẽ laudando. ⁊ quid dicitur myſteriũ. i. diuinum ſecretum: vel diuinũ abſconditũ ex eo quia aliud cernitur/ aliud creditur vel intelligitur: glorioſi corporis ſcilicet ieſu chriſti iam glorioſi ⁊ immortalis ⁊ impaſſibilis. Et pange myſteriũ ſupple ſanguiniſqꝫ ꝓcioſi: qꝛ lauit nos in ſanguine ſuo quẽ ſcilʒ ſanguinem ꝓcioſum. ille rex gentium. i. gentiliũ ⁊ omniũ gentium qꝛ eum iudei abdicarunt ⁊ negarunt eſſe regẽ: quem pilatus gentilis perſona omniũ gentiliũ cognouit eſſe regẽ iudeorum/ dicens. Regẽ veſtrum crucifigã: effudit. i. ſparſit ꝓ peccatoribus ⁊ peccato primi parẽtis. in mundi ꝓcium. i. in ſatiſfactionem ꝓ mũdo: qui cum ſit finitus/ infinitum nõ valebat ſoluere. Rex dico ſupple: fructus generoſi. i. fili⁹ intemerate ꝟginis Marie. et põt intelligi vna figura grãmaticalis ſcðm quam ꝑmittitur poni pars ꝓ toto: vel etiã fructus ventris generoſi. i. ꝓles illius que ex vtraqꝫ parte eſſentiali ſcʒ corporis ⁊ aĩe ex ꝓſapia regia eſt ꝓcedẽs. Mã Matthei. j. Filius dauid ꝗ rex excellẽs in veteri teſtamẽto fert̃. ⁊ hoc ſcðm carnem. ⁊ cum parenteſi debet legi. vt patet intuenti.

¶ Et iſte nãqꝫ rex nobis dat⁹ eſt: ſupple a deo patre. nobis

Nobis datus/ nobis natus/ ex intacta virgine
Et in mundo cõuerſatus ſparſo verbi ſemine
Sui moras incolatus miro clauſit ordine.

natus. i. ꝓpter nos: non ꝓpter angelos: vt nos redimeret et liberaret a peccato: et nos glorificaret. ⁊ hoc ex intacta virgine ſcʒ non corrupta: nõ ſolum corpore. verũetiam mẽte ⁊ animo: qꝛ voto ſe deo obtulit ſpõſam: et in mũdo conuerſatus. i. in terra ſancta: ꝙ mediũ mundi dicitur: cũ doctoribus legis diſputauit: et cũ aliĳs dum ꝑdicabat: et miracula innumerabilia faciebat: vt cõpleretur qð dixit Abacuch. Et in terris viſus eſt: et cũ hominibus conuerſatus eſt. ⁊ etiam conuerſatus eſt in mũdo: ſparſo verbi ſemine. i. mediante ſemine diffuſo verbi diuini. dum ꝑdicabat ꝑ partes illas. iuxta illud. Semẽ eſt verbum dei: qꝛ inde naſcit̃ fructus gratie ꝑ cõuerſionem ab eo: fructus ſaluationis ꝑ veram obſeruantiam ⁊ cuſtodiã illius verbi diuini. iuxta illud. Beati qui audiunt verbũ dei: et cuſtodiunt illud. ⁊ ſequit̃.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Sui moras incolatus.i.tarditates ⁊ dilationes ſui:incolatus.i.exilij a ſua patria vnde exiuit. ⁊ peregrinationis ꝑ triginta ⁊ tres annos: clauſit.i.concluſit ⁊ compleuit ⁊ ꝑfecit miro ordine.i.nouo. ideo miro q꞉ nouo. Nam prius voluit miniſtrare ꝙ miniſtrari. prius voluit facere ꝙ docere.⁊ poſt docere operãdo.⁊ voluit prius miracula facere:vt oſtenderet ſe verũ deum:qđ nõ docuit vſq ad etatẽ triginta annorũ. Voluit pati:vt nos patiamur ꝓpter ip̄m.vtpote voluit oẽs deriſiones ꝑ prius pati:vt nos quaſcũq illatas cõtumelias:ſine murmuratiõe pateremur:voluit nobis mori:vt nos ꝓpter ip̄m parati ſimus mori. Ultimate anteꝙ illã immaniſſimã mortẽ ſuſcepit:diſponit medicamẽ ſufficiẽtiſſimũ ad ſurgẽdũ ab infirmitate ad ſanitatẽ. et a morte pcti ad vitã aĩe vt nõ oporteret iterũ crucifigi.vt rurſus a peccato liberarent̃ hoĩes. quibus diſpoſitis: pie miſericorditer ordinãs finitur peregrinationẽ ad patrem vnde exiuit per tẽporalem generationem reuertendo cũ quo ſemper eſt idem quantũ ad diuinitatem.

In ſupremæ nocte cœnæ recũbẽs cũ fratrib⁹
Obſeruata lege plene cibis in legalibus
Cibũ turbę duodenę ſe dat ſuis manibus.

¶ Et ſequit̃ deuote chriſtiane cupis ſcire quo i tẽpore ordinauit tantã medicinam:tm̃ ſubſidiũ ꝓ his qui in lucta demonũ cadunt.hoc fuit qñ ille ſumm⁹ rex regũ:dñs dominantiũ fuit recũbẽs.i.ſedẽs:cũ fratrib⁹.i.diſcipulis ſuis:q̃ iã nõ ſerui:ſed amici et fratres erãt:q꞉ ab vno eodẽ dño ꝑ creationẽ q꞉ ſub vno iugo amoris: q꞉ ſub mortalitate tũc vna oẽs erãt. ⁊ hoc ſupple ĩ nocte illa die iouis ſupreme cene.i.vltime in corpe mortali ſupple/ ⁊ obſeruata lege plene ⁊c.i.poſtꝙ legẽ moyſi ꝑfecte ⁊ complete obſeruauit q꞉ comedit agnũ paſchalẽ more legis. Nam nõ veni ſoluere legẽ:ſed adimplere vt ſepe dixit taliter ꝙ tũc:⁊ nunc ſupple:dat ſe.i.porrigit corp⁹ ſuum. cibum.i.in cibũ anime ⁊ angelorum:turbe duodene.i.toti congregationi duodecim apoſtolorũ ſupple vt augeret̃ grã ⁊ fortitudo:ad reſiſtendũ indagationi iudeorꝫ:corpus ſuũ dat ſupple:ſuis manib⁹ non alicuius miniſtri. Dãdo ad intelligendũ adhuc nõ eſſe datã ⁊ conceſſam poteſtatẽ miniſtrandi ⁊ conficiẽdi alijs tanti ſacramentum.

Verbũ caro panem verũ verbo carnẽ efficit:
Fitq꞉ ſanguis chr̄i merũ: & ſi ſenſus deficit
Ad firmandũ cor ſyncerũ/ſola fides ſufficit.

¶ Et ſequit̃. Nam poſtꝙ in vltima cena accepit pa

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nem in ſanctas ac venerabiles manꝰ verbū caro.i.homo vel chriſtꝰ panē verum.ſ.quē in manus ſuas ſuſcepit ſup. efficit.i. cōuertit:carnem.i.ſuū corpus.iuxta illud. Panē quē ego do:caro mea eſt ꝓ mūdi vita.ꝛ hoc ſup.ꝟbo.i.in virtute verboꝝ.ſ.Hoc eſt corpus meum:ꝙ ꝓ ꝛ merū.i.vinū vitis ſup.fit ſanguis chriſti.i.ꝟbis cōſecrationis cōuertitur in verū ſanguinē chri:et ſi ſenſus ſup. tactꝰ tangēdo:deficit: et ſenſus viſus vidēdo decipitꝛ accidentia ꝗlibet tn̄ ſentiēs.attamen ſup.ad firmandū.i.ad ſaluandū coꝛ ſincerū ſup.nō fractū contagione infidelitatis.nō fractū duricia ꝛ ꝑtinacia peccati.non fractū malicia iudeoꝝ:ſola fides ſufficit.i.ſolus aſſenſus volūtatis ab intelligentia ꝛ ſenſu auditus ꝓcedēs.iuxta illud. Fides non habet meritū:vbi humana ratio prebet experimentum.

¶ Et ſequitꝛ: poſtꝗ ꝟtuoſus eſt honoꝛādꝰ. Ethi.iiij.quan

Tantū ergo ſacramētum veneremur cernui:
Et antiquum documētum nouo cedat ritui:
Præſtet fides ſupplementū ſenſuū defectui.

tomagis vas omniū virtutum:ideo tantū ergo ſacramentum.i.tam maximā rem ꝛ ſecretā et ineffabilē omnium virtutū plenam veneremur nos cernui.i. humiles ꝛ manſueti cū reuerentia ꝛ genuflexione:et honoꝛe latrio tanꝗ ad deum ꝛ antiquū documentum ſup. doctrina legalis de agno paſchali:cedat.det locū nouo ritui.i. nouo generi cibi.vel doctrina legalis tanꝗ vmbꝛa:figura ꝛ quaſi imperfectū cedat.i.ceſſet dādo locum ſup.nouo ritui.i. ſoli figurato ꝛ perfectiſſimo iuxta illud. Cū venerit qđ perfectū eſt.ceſſabit qđ ex parte. ſicut adueniente luce cedit vmbꝛa.p̄ſtet fides ſupplementum:vt rite bene veneremur qđ nō videmꝰ ꝛc.fides:ideſt illa noticia enigmatica tanꝗ per ſpeculū preſtet:ideſt exhibeat ꝛ ordinet ſupplemētū. ꝛ ſic vice fungens:ſenſuum defectui ſup.virtuti limitate ſenſuū exterioꝝ: qui circa talem obiectum ſunt deficientes ꝛ falluntur.

¶ Ideo ꝓpt̄ infinitū bonū nobis collatū a ſanctiſſima

Genitori genitoqꝫ laus & iubilatio
Salus/honor/virtus quoqꝫ ſit & benedictio:
Procedēti ab vtroqꝫ cōpar ſit laudatio. Amē.

trinitate laus ſit genitoꝛi patri et genito.ideſt filio ſit eadem laus ꝛ iubilatio:qđ eſt gaudium quod verbis explicari non poteſt:et ſalus ſimiliter que ab vtroqꝫ nobis euenit ꝛ ꝓcedit ꝛ non ex nobis. Similiter honoꝛ ꝛ reuerētia:latria.ſimiliter virtꝰ ꝗ anthonomatice chari-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tas dici poteſt:et que oẽs virtutes comprehendit: qua redempti ſumus.et quocꝫ.i. ſimul bñdictio ſit attribuenda p̃dictis. iuxta illud. Benedictionem a dño qui fecit celum ꝛ terram: ꝙ pro ꝛ: laudatio compar tota predicta ſupple: ideſt ſimul equalis ſit ſpirituiſancto ſupple: ideſt procedenti per eternalem proceſſionem paſſiuam: ab vtrocꝫ:ideſt a patre et filio.iuxta determinationem eccleſie. Amen: ideſt ſine fine in perpetuum. Expoſitor ſubmittit ſe determinationi et conſilio eccleſie militantis.

SAcris ſolemnis iuncta ſint gaudia:
Et ex præcordiis ſonent præconia:
Recedant vetera:noua ſint omnia:
Corda voces:& opera.
Noctis recolitur cœna nouiſſima:
Qua chriſtus creditur agnum & azima
Dediſſe fratribus iuxta legitima
Priſcis indulta patribus.
Poſt agnum typicum expletis epulis
Corpus dominicum datum diſcipulis:
Sic totum omnibus quod totum ſingulis
Eius fatemur manibus.
Dedit fragilibus corporis ferculum.
Dedit & triſtibus ſanguinis poculum.
Dicens accipite quod trado vaſculum
Omnes ex eo bibite.
Sic ſacrificium iſtud inſtituit:
Cuius officium committi voluit
Solis preſbyteris:quibus ſic congruit
Vt ſumant & dent cæteris.
Panis angelicus fit panis hominum.
Dat panis cœlicus figuris terminum.
O res mirabilis manducat dominum
Pauper/ſeruus/& humilis.
Te trina deitas vnacꝫ poſcimus
Sic tu nos viſita ſicut te colimus:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Per tuas ſemitas duc nos quo tendimus
Ad lucem quam inhabitas. Amen.

¶ Carmen eſt ſaphicum mixtum adonico. Canitur in feſto natalicio ſancti Ioannis baptiſtæ: cuius generationem educationem laudeſq; proſequitur atq; auxilium implorat.

VT queāt laxis reſonare fibris
Mira geſtorū famuli tuorū
Solue polluti labii, reatum
Sancte ioannes.

¶ Hymnus iſte vitam ⁊ mores habitū ⁊ cōuerſationem ſancti Ioānis baptiſte deſcribit: orans ⁊ ꝑſuadens vt ei⁹ conſuetudinem imitemur: vt ad eius beatitudinē ꝑuenire mereamur. O ſancte ioannes ſolue. i. relaxa reatum labij. i. oris polluti. i. inquinati: vt famuli tui queant. i. poſſint reſonare mira. i. miracula: geſtorum tuorum fibris. i. venis: laxis. i. reſolutis vel vocibus apertis.

Nuncius celſo veniens olympo
Te patri magnū fore naſciturum:
Nomen & vitæ ſeriem gerendæ
Ordine promit.

¶ Nuncius celſo veniēs olympo. i. de celo. ſ. angelus gabriel veniēs olympo: ꝓmit. i. nūciat: te fore magnū naſciturū pr̄i tuo zacharie. ⁊ nomen tuū ſimiliter ꝓmit: q2 dicit. Ioānes vocet: ⁊ ꝓmit ſeriem. i. ordinem: vite gerende: dicens. Uinum et ſiceram non bibet: ordine ideſt ſcd̄m ordinem quem geſſit.

Ille promiſſi dubius ſuperni
Perdidit prōpte modulos loq̄llæ
Sed reformaſti genitus peremptæ
Organa vocis.

¶ Ille. ſ. zacharias dubius. i. incredulus ꝓmiſſi ſupni. i. celeſtis ꝓmiſſiōis perdidit prōpte modulos loquele. i. modū locutionis. Ambroſius dixit ꝙ zacharias vocē amiſerat in cōſonantibus: q2 eas formare nō poterat: ſed tu reformaſti o ſancte Ioānes genitus. ideſt natus organa vocis perempte. i. extincte vocis.

Ventris obſtruſo poſitus cubili
Senſeras regē thalamo manētem
Hinc parens nati meritis vterq;
Abdita pandit.

las cosas ascondidas

¶ Et tu poſit⁹. i. recumbens cubili. i. ventre m̄ris tue obſtruſo. i. clauſo: ſenſeras regem. i. chriſtū: manētem. i. iacentem: thala-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mo.i.in ventre Marie: hinc ideſt ex hoc quod tu nouiſti chriſtum: o Joannes parens vterq; ſcilicet Zacharias et Helizabeth: pandit abdita ideſt prophetauerunt abſcondita. Pater dixit. Benedictus dominus deus iſrael: et hoc nõ ſuis meritis:ſed meritis ideſt ꝓpter merita:nati ideſt filij ſcilcet Joannis. Mater autem dixit. Unde hoc mihi vt mater domini veniat ad me.

Antra deſerti teneris ſub annis
Ciuium turmas fugiens petiſti:
Ne leui ſaltem maculare vitam
Famine poſſes.

¶ O ſancte Joannes/ tu fugiens turmas: ideſt turbas ciuium:petiſti antra.id eſt obſcuram ſpeluncam deſerti:ſub teneris ãnis: ideſt in etate duodecim ãnorum ne poſſes maculare vitam ſanctam:famine ideſt verbo ocioſo. Ocioſum eſt verbum quod aut vtilitatis rectitudinis: aut iuſte rationis neceſſitatis caret.famine dico ſaltem leui.i.ſine bono fructu.

Præbuit hirtum tegimẽ camelus
Artubus ſacris: ſtrophiũ bidẽtes
Cui latex hauſtũ: ſociata paſtum
Mella locuſtis

¶ Camelus prebuit hirtũ tegimen: ideſt aſperum veſtimentum ſacris artubus: bidentes ideſt oues prebuerunt ſtrophium. ideſt cingulum: cui ſcilʒ Joanni: latex ideſt aqua:prebuit hauſtum:et cui mella prebuerunt paſtum:mella dico ſociata:locuſtis ideſt volatilibus.

Cæteri tantum cecinere vatum
Corde pręſago iubar affuturũ:
Tu quidẽ mũdi ſcelus auferẽtem
Indice prodis.

¶ Ceteri vatum. ideſt alij prophete cecinere.ideſt prophetauerunt: tantum ideſt tantũmodo corde preſago: ideſt ꝓuido:iubar eſſe affuturum.i. chriſtũ venturum. ſed tu diſcret9 es ab alijs prophetis dicens. Ecce agn9 dei.ꝛc. ꝓdis ideſt oſtẽdis:chriſtum ſupple:auferentem ſcelus mundi. ideſt peccatum: indice ideſt cum digito dicens. Ecce agnus dei ꝛc.

Non fuit vaſti ſpacium per orbis
Sanctior quiſquã genitus ioãne
Qui nephas ſecli meruit lauantẽ
Tingere limphis.

¶ Quiſquã homo genit9 non fuit ſanctior Joãne per ſpaciũ vaſti orbis:ideſt ampli mũdi: Unde veritas ait. Inter natos mulierum nõ

R

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſurrexit.⁊c.ſcilicet corruptarū mulierum. Quidā opponunt de chriſto:ſed non valent:quia de virgine natus eſt.qui Joānes meruit tingere.i.baptizare limphis ideſt aquis iordanis:lauantem.i.chriſtum purgantem:nephas.i.peccatum:ſecli ideſt ſeculi.et eſt ibi ſincopa.

O Nimis fœlix meritiq; celſi/
Neſciens labē niuei pudoris/
Præpotens martyr/eremiq; cultor
Maxime vatum.

¶ Et quoniam meruiſti chriſtū tingere limphis. tu dico.O nimis felix celſi meriti neſciens.i.ignorans:labem.i.ſordem niuei pudoris.ideſt pulchre caſtitatis:martyr.ideſt teſtis prepotens dixiſti. Ecce agnus dei ⁊c. vel martyr ideſt decollatus: et cultor ideſt habitator: eremi ideſt loci ſolitariȷ̄.tu dico:maxime vatum:quia propheta ⁊ pluſq̄ propheta.

Serta terdenis alios coronant:
Aucta cremētis duplicata quoſdam
Trina centeno cumulata fructu
Te ſacer ornant.

¶ Tres ordines hic notātur:ſcilicet triceſimus/ ſexageſimus/ et centeſimus.in quibus continentur omnium hominū ordines.ſcilicet continentes/coniugati et virgines qui et deſignantur per tres viros.ſcilicet per Noe. per Danielem. et per Job.per Noe coniugati. per Job continentes. per Danielem virgines deſignantur. Unde in Euangelio. Aliȷ̄ ſunt in lecto. Aliȷ̄ in villa. Aliȷ̄ in agro. Hoc tractum de euangelio:vbi dicitur de ſemine iacto in terram. Aliud ſexageſimum. Aliud triceſimum. Aliud centeſimum fructum attulit. ideo dicitur hic ſerta terdenis. Serta ideſt corone: terdenis ideſt triginta coronant: alios ſcilicet coniugatos qui habent ſecum fidem trinitatis et adherentes decem preceptis legis et alia ſerta:aucta ideſt augmentata ⁊ duplicata cremētis ideſt ad duplum creſcentia ſcilicet in ſexageſimum fructū coronant quoſdā ſcilicet continentes qui vixerunt in charitate.⁊ habent ſex opera miſericordie ⁊ caſtitatis vel charitatis:vt paſcere ieiunos: veſtire nudos ⁊c.et trina.i.tria ſerta cumulata.ideſt aggregata ex ter triginta: aucta per additionē denarȷ̄:ſcilicet per decem coronāt te:o ſancte Joānes qui es virgo:cēteno fructu.q2 centeſimus fructus: coronat.i.ornat virgines:et vt breuius exponamus a triceſimo fructu vel ordine coniugati:a ſexageſimo continentes.a centeſimo virgines poſt diſſo

Miniſterio de Educación, Cultura y Deporte

lutionem corporis et anime coronantur in eterna beatitudine. Et nota ꝙ triceſimus numerus ſurgit a ternario et denario. quia coniugati habent fidem ſancte trinitatis: et adherent decem preceptis. Sexageſimus numerus a ſenario et denario ſurgit: quia continentes habent ſex opera miſericordie ⁊ charitatis/ſcilicet paſcere ieiunos ⁊c. Virgines in centeſimo ordine ponuntur: et ſignificant perfectionem: quia centenarius numerꝰ ſurgit a trino trigeſimo: et denario ideſt decem ſuperaddito: et ita ſunt centū. per centum /numerus perfectus intelligitur: et hoc ordine fuit beatus Joānes non abſurde: immo aperte ſcdm loquellam digitorum. Per triceſimum numerum coniugatorum. et per ſexageſimū continentium. per centeſimum virginum merces accipitur. Periti enim prima computatione articulorū: quam appellant loquellam digitorum in ſiniſtra manu: per quam vita temporalis intelligitur vſq; in nonagintanouem ſolebant computare. Centum autem. et deinde in dextera parte per quam celeſtis vita deſignatur. Unde de quodam centenario habemus in quodam libro ſic. Jam dextera computat annos. In hoc loco facit autor numerū ſuū per quinq; digitos manus: ſcilicet per pollicē: per indicem: per mediū: medicum: ⁊ auricalem. Auricularis in palma poſitus ſignificat vnitatē: medicus cū ipſo poſitus duo ſignificat. medius cū ipſis poſitꝰ. ſ. in medio tria. Deinde auricularis erectus medico ⁊ medio iacētibus quattuor ſignificat. Medicus cū illo erectus medio iacēte in palma quinq; deſignat. Medius cū illis erectus ſex ſignificat. Item auricularis in palma extenſus ſeptem ſignificat. Medicus eodē modo poſitꝰ in palma octo ſignificat. Medius ſimili modo poſitus nouē ſignificat. Index qui vſq; huc nil fecit predicto modo poſitus decē ſignificat. Amplexu pollicis adiunctus triginta ſignificat. per quē numerū ſatis congrue accipit̄ merces coniugatoꝝ ꝓpter illorū mollem amplexum: ⁊ vite dilectionē ⁊ concordiā. Pollex ſiquidē cum indice firmiter aſtrictus ſexaginta ſignificat: ꝑ quē numerū ſatis cōpetenter accipitur merces continentium. Graue enim eſt ab amplexu ⁊ voluptuoſa delectatione et conſuetudine abſtinere. Unde ſcriptum eſt. Nil cōſuetudine maius. In dextera dicitur centum. per quem numerum: quia fit in dextera parte: vita celeſtis intelligitur. Non immerito accipitur merces virginum: quia in hac vita mundam et immaculatam vitam ducentes: celeſtem et angelicam inquantum poſſunt ducunt.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Et quia tu talis es: o ſancte Joannes potens repelle .i. remoue hinc ideſt inde: duros lapi- des ideſt incredulitates noſtri pectoris. meritis opimis. ideſt fertilibus ⁊ magnis fecundis: planãs iter aſperum ideſt petroſum: dirige calles reflexos ideſt cur- uos in peccatis ⁊ tortuoſos.

Hinc potens noſtri meritis opimis
Pectoris duros lapides repelle
Aſperum planans iter & reflexos
Dirige calles.

Vt pius ſator: ⁊ dici- tur a ſero ſeris. i. crea- tor mundi: ⁊ redemptor mentibus puris pulſa liuione. ideſt liuore abie cta et venenoſa ſorde vi tiorum veniens dignetur ponere greſſus ſacratos ideſt ſancta itine- ra rite. i. ſine offenſione.

Vt pius mundi ſator & redemptor
Mentibus pulſa liuione puris
Rite dignetur veniens ſacratos
Ponere greſſus.

Superni ciues. ideſt celeſtes angeli celebrãt te laudibus. o deus ſim- plex: ſcilicet ſubſtantia: ⁊ trine: ſcilicet in perſo- nis pariter nos ſupplices ideſt humiles: precamur veniam ideſt in- dulgentiam: parce redemptis dimitte nobis redemptis peccata no- ſtra: q2 redemiſti nos ſanguine tuo ꝓprio. amẽ. i. ſine fine.

Laudibus ciues celebrant ſuperni
Te deus ſimplex pariterq3 trine
Supplices et nos veniam precamur
Parce redemptis. Amen.

¶ Carmen eſt trimetrum iambicum. Cani- tur in feſtis apoſtolorum Petri & Pauli: pro- ſequitur ipſorum laudes.

¶ Hic laudat autor deũ in cõmemoratione Pe- tri ⁊ Pauli: qui deputa uit illos eſſe principes eccleſie: ⁊ poteſtatem de dit illis ligandi atq3 ſol uendi vincula peccato- rum. Unde rogamus eos vt reddant nos deuotos fide ⁊ ſpe robuſ-

Fœlix ꝑ oẽs feſtũ mũdi cardies
Apoſtolorũ ꝑpollet alacriter
Petri beati pauli ſacratiſſimi:
Quos xp̃s almo cõſecrauit ſãguine
Eccleſiarum deputauit principes.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſtos:⁊ repletos fonte gemīe charitatis.impetrate ab eis viuere poſt mortem apoſtolorum feſtum felix ideſt beatum vel letum prepollet alacriter.ideſt iocoſe pre aliis ſplendet per omnes cardines.ideſt per omnes partes mundi apoſtolorum dico:ſcilicet beati Petri ⁊ Pauli ſacratiſſimi:quos apoſtolos chriſtus conſecrauit almo ſanguine:⁊ deputauit.i.conſtituit eos eſſe principes eccleſiarum.

Hi ſunt duæ oliuæ corā domino
Et candelabra luce radiantia:
Preclara cœli duo luminaria
Fortia ſoluunt peccatorum vincula
Portas olympi reſerant fidelibus.

Illi ſunt due oliue et due arbores fructuoſe ⁊ redolentes ⁊ ſunt candelabra luce radiantia coram domino: ſcilicet lumine virtutum: quia dominus non poſuit eos ſub modio abſconditos.ſed ſuper candelabra. ideſt in maiore claritate.ſcilicet romana ciuitate ⁊ duo preclara luminaria celi:⁊ ſoluunt .i.rumpunt fortia vincula peccatorū:⁊ reſerant iſti duo.i. aperiunt. portas olympi.i.celi fidelibus.i.chriſtianis.

Habent ſupernā poteſtatē claudere
Sermone ſedes:& pādere ſplendētia
Limina poli ſuper alta ſidera:
Lingue eorū claues cœli facte ſunt:
Laruas repellunt vltra mūdi limitē.

Et ipſi:ſcilicet Petrus ⁊ Paulus habent poteſtatem claudere ſupernas ſedes. ideſt celeſtes hñt ptātē claudere ſmone.ideſt ſolo verbo:ſicut clauſit ananie ⁊ ſaphire cum dixit Petrus. Pecunia tua tecum ſit. ideſt peccata tecum ſint in perditionem:⁊ pandere.ideſt aperire:ſplendentia:lumina poli:⁊ lingue eorum claues facte ſunt:ſuper alta ſidera.ideſt ſuper omnes doctores eccleſiarum:⁊ repellunt laruas.ideſt culturas idolatrie. Larua quoddam monſtrum eſt:et in vultu hominis vt pauorem inferat per quaſdam phantaſias nocturnas:intelligimus peccata que apoſtoli repellunt ab eis qui eos ſequuntur:vltra limitem mundi. ideſt extra eccleſiam. Nota ꝙ aliud ē latria ab idolatria. quia latria eſt ſumme venerationis cultus ſoli deo adhibēdus:vel latria eſt voluntaria profeſſio diuine maieſtatis.idolatria vero eſt cultus deo debitus:creature exhibitus. Et hec differentia ſolet aſſignari inter latria ⁊ idolatria:dulia ⁊ perdulia.de latria ⁊ idolatria quid ſit dictum eſt. Dulia vero eſt honor qui debetur ſanctis. Unde de beata virgine



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſciendum ꝙ inquantum eſt perſona ſancta ei debetur dulia: ſed inquantum eſt mater dei: debet ei hyperdulia.i.magna excellentia:qꝛ hyperdulia debetur excellētiis:ſicut eſt caro chriſti. Beata virgo. crux chriſti:quia fuit inſtrumentum noſtre redemptionis.ꝛ concordat cū dicentibus:ꝙ eſt dulia maior ꝛ minor. de latria ꝛ dulia ꝛ differētiis habetur in capitulo Venerabiles imagines.de conſecratione diſtinctione.iiij.in gloſa. Ibi poſitis. Item nota ꝙ idolum aliquando dicitur lignum vel alia res ſic figurata:quandoqꝫ vero dicitur coniunctum ex imagine demone preſidente.ꝛ ita ſumitur prima ad Corin. viij.vbi dicitur:ꝙ idolū nihil eſt. Hactenus cōmendauit autor vtrūqꝫ ſcꝫ petrū ꝛ paulū:modo vult tantūmodo petrū cōmendare.

Petrus beatus catenarum laqueos
Chriſto iubente rupit mirabiliter
Cuſtos ouilis & doctor eccleſiæ
Paſtor & gregis conſeruator ouium
Arcet luporū truculentā rabiem.

¶ Beatus petrus rupit laqueos catenarum qꝛ ceciderūt catene de manibus eius per angelū nūciātē:mirabilr.i.fortiť xpo iubēte: ꝛ ipſe cuſtos ouilis ꝛ doctor fidelis eccleſie paſtor gregis xpiani:et cōſeruator ouiū fideliū:arcet.i.repellat truculētam.i.crudelē rabiē.

Q̄dcūqꝫ vinclis ſup terrā ſtrinxerit
Erit in aſtris religatum fortiter:
Et quod ſoluerit in terris arbitrio
Erit ſolutum ſuper cœli radium
In fine mundi iudex erit ſæculi.

Quodcūqꝫ vinclis.i. ſentētiis ſtrinxerit.i.ligauerit ꝛ cōſtringet:erit ligatū aſtris.i.i celis ꝛ qd ſoluerit in terris arbitrio .i.iudicio ſuo erit ſolutū ſuper radium ſolis vel celi:ꝛ erit iudex ſeculi in fine mundi.

Nō impar paulꝰ huic doctor gētiū
Electionis templū ſacratiſſimum:
In morte cōpar:in corona ꝑticeps.
Ambo lucernæ:& decus eccleſiæ
In orbe claro coruſcāt vibramine.

Petrꝰ erat talis qualis ſuperiꝰ oſtēdit:ſꝫ paulus nō impar huic.ſ.petro equalis doctor gentiū:ꝛ ſacratiſſimū tēplū.i.vas electiōis:ꝛ in morte.i.in paſſione cōpar.i. equalis huic:et in corona particeps concors ambo illi lucerne ſunt et decus idest honor eccleſie:coruſcant claro vibramine idest magno ſplendore:et in orbe.idest mundo.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

O roma fœlix q̄ tantorū principū
Es purpurata precioſo ſanguine;
Excedis oēm mūdi pulchritudinē
Nō laude tua ſed ſanctorū meritis:
Quos cruētatis iugulaſti gladiis

¶ O roma felix.i.beata q̄ purpurata.i. decorata precioſo ſanguine hoꝝ q̄ paſſi ſunt.tantoꝝ princi pū.i. tā magnoꝝ.ſ. petri ⁊ pauli: excedis.i. ſuperas omnem pulchritudinem mundi:non tua laude:ſed meritis ſanctorum.ideſt propter ſanctos quos iugulaſti ideſt interfeciſti gladiis cruentatis ideſt ſanguinolentis:quia in te occiſi ſunt.

Vos ergo ſancti glorioſi martyres
Petre beate paule mundi lilium
Cœleſtis aulę triumphales milites
Precibus almis vr̄is nos munite
Ab oībus malis ferte ſuper ethera.

Et quia habetis poteſtatē ligandi atq; ſoluendi:ergo O martyres glorioſi.ſ.petre ⁊ paule liliū.i. ornamentū vł flos mundi:⁊ milites celeſtis aule triūphales.i.victorioſi:munite.i.defendite nos ab omnibus malis noſtris:almis precibus:⁊ ferte nos ſuper ethera ideſt ad vſq; ethereum celum.

Gloria deo patri per immēſa ſęcula
Sit tibi ante decus & imperium;
Honor:poteſtas:ſanctoq; ſpiritui
Sit trinitati ſalus indiuidua
Per infinita ſęculorū ſęcula. Amen.

Gloria ſit deo patri p immēſa ſecula.i. per mutabilia ſecula: ⁊ o tu nate.i.fili dei viui:decus et imperiū qui imperas celo ⁊ terre:⁊ mari. ſit tibi honor ⁊ poteſtas ⁊ ſp̄ui ſcto indiuidua.i.inſeparabilis ſal⁹ trinitati q̄ trinitas vn⁹ de⁹ eſt ſalus omnium gentium per infinita ſecula ſeculorum.Amen.

¶ Carmen eſt quale ſuperius:ſed eacometrum.

AVrea luce & decore roſeo
Lux lucis om̄e pfudiſti ſclm
Decorās cœlos iclyto martyrio
Hac ſacra die q̄ dat reis veniā.

¶ O lux luc).i.fili⁹ pris. pfudiſti oē ſeculū.i.repleſti aurea luce.i. predicatiōe apłoꝝ.Lumina aurea dicti ſunt apoſtoli ſapientie ꝓferentia ſplendorē ⁊ bonitatis ⁊ bone vite/ quibus nos illuminant:⁊ decore roſeo .i.rubeo martyrio.tu dico decorans celos.i.celeſtes creaturas incly.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lo martyrio.i.nobili paſſione.hac ſacra die:ſcꝫ in hac feſtiuitate. que dies dat veniam.i.indulgentiam:reis ideſt peccatoribus.

¶ Janitor celi: id eſt petrꝰ oſtiarius: doctor orbis. ideſt predicator mundi ſcilꝫ paulus pariter: ideſt ſimul ſūt iudices et ſunt vera lumina mundi. alter ideſt petrus triumphans: ideſt vincens per crucem: alter ideſt alius ſcilicet Paulus triumphans enſe. laureati ideſt coronati:poſſident ſenatum: ideſt principatum vite eterne.

Ianitor cœli doctor orbis pariter
Iudices ſęcli vera mundi lumina
Per crucem alter:alter enſe triumphans
Vitæ ſenatum laureati poſſident.

¶ Apoſtropham facit ad Petrum ſic dicēs. O petre bone paſtor clemens accipe iam vota precantum.ideſt preces:et reſolue vincula peccati: poteſtate tibi tradita a chriſto:qua poteſtate:claudis ⁊ aperis celum: ideſt paradiſum cunctis:verbo ideſt ſermone.

Iam bone paſtor Petrè clęmens accipe
Vota precantum & peccati vincula
Reſolue tibi poteſtate tradita
Qua cūctis cœlū verbo claudis & aperis.

¶ O Paule doctor egregie iſtrue ideſt compone noſtros mores:⁊ ſatage.i.labora: trāſferre nos mēte:poli.i.celeſtia mente cogitare:et q̄ in celis ſunt tota mente deſiderare: donec.i.quouſqꝫ perfectum in vtraqꝫ parte.ſ.anima ⁊ corpore largiatur.i.tribuatur nobis in futuro:plenius.ideſt deꝰ largiatur:illo euacuato.i.penitus dimiſſo:ſcilicet mortalitate:qđ gerimus ex parte.i.in hoc corpore:quaſi ī alia parte hois.i.in futuro gloriabit̄ hō pleniꝰ et perfectius data ſibi immortalitate vtriuſqꝫ partis.ſ. corpis ⁊ anime.

Doctor egregie paule mores inſtrue
Et mente polū nos trāſferre ſatage
Donec perfectū largiatur plenius
Euacuato quod ex parte gerimus.

¶ O bine.i. due oliue pietatis vnice.ideſt idiuiſe vel vnius amoris impetrate.i. poſtula:

Oliuæ binæ/pietatis vnicæ/
Fide deuotos/ſpe robuſtos/maxime
Fonte repletos charitatis geminæ
Poſt mortem carnis impetrate viuere.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

te a deo nos viuere deuotos fide: et robuſtos.ideſt firmos ſpe maxime repletos fonte gemine charitatis: ſcilicet dilectionis dei ⁊ proximi impetrate viuere inq̃ dico poſt mortem carnis: ideſt ſeparationem corporis et anime.

Sit trinitati ſempiterna gloria.
Honor/poteſtas/atq; iubilatio/
In vnitate cui manet imperium
Extunc & modo per æterna ſęcula. Amē.

¶ Sēpiterna gloria. i. eterna gloria ſit trinitati in tribus perſonis et honor ſit eis atq; iubilatio.i. laudatio ſit ei trinitati in vnitate:ſcȝ in vno deo cui trinitati:que eſt vnus deus manet imperiū.⁊ extunc.i.ab exordio mundi:⁊ modo in p̄ſenti per eterna ſecula.i.per omnia ſequentia.Amen.

¶ Carmen eſt cacometrum quale illud Luſtra ſex qui iam. Canitur in feſto ſanctorū angelorum.

Tibi chriſte ſplendor patris/vita/virt⁹/cordiū
In cōſpectu angelorū votis/voce/ pſallimus
Alternātes cōcrepādo melos dam⁹ vocib⁹.

¶ In hoc hymno ītendit autor laudare dominum: intendit etiam in commemoratione ſancti Michaelis gratia vel amore ipſius archangeli collaudare omnes angelos: ſed maxime Michaelem: qui eſt princeps militie celeſtis. Rogat itaq; ⁊ precatur vt omnes angeli nobis aſſiſtant: et demones a nobis repellant:et mundos corde et corpore nos reddant. O chriſte qui eſt ſplendor patris vita et virtus cordium:quia ſicut viuit corpus per animā:ita viuit anima per chriſtum:pſallimus tibi in conſpectu angelorum votis ac precibus: vel corde/ore/⁊ voce: et damus melos.i. melodias: vocibus noſtris : concrepando. ideſt reſonando alternantes.ideſt vocibus alternatis decantantes.

Collaudemus venerantes omnes cœli milites
Sed præcipue primatem cœleſtis exercitus
Michaelem in virtute conterentem zabulon

Nos collaudem⁹ venerantes omnes celi milites.i. angelos celi precipue primatem celeſtis exercitus/ſcilicet

michaelem:conterentem zabulon:ideſt diabolum in virtute crucis. Michael interpretat̃ quis eſt vt de⁹: quaſi dicat quis eſt ita fortis vt deus noſter qui creauit nos ad laudandum ſe. Per hoc nomen michael oſtenditur ꝙ nullus poteſt facere que deus facit.

Quo cuſtode procul pelle rex chriſte piiſſime
Omne nephas inimici mundo corde & opere
Paradiſo redde tuo nos ſola clęmentia.

¶ Quo cuſtode. ſcilꝫ michaele:o chriſte piiſſime. i. fortiſſime:procul pelle:ideſt abiice longe omne nephas.i.omne peccatum inimici.ideſt diaboli:et redde nos ſola vel ſancta clemẽtia tuo paradiſo ideſt in requiem. nos dico mũdos factos corde ⁊ corpore: ideſt tam in anima ꝙ̃ in corpore.

Gloriam patri melodis perſonemus vocibus
Gloriam chriſto canamus:gloriam paracleto.
Qui de⁹ trinus & vn⁹ extat ante ſęcula. Amen.

¶ Ex quo cuſtode ſcilicet michaele. chriſt⁹ expellat a nobis omne nephas inimici: et faciat nos mũdos corde ⁊ corpore. ideo perſonemus gloriam patri vocibus melodiis:ideſt dulcedinis vel dulcibus melodiis: et canamus gloriam chriſto ideſt eius filio: et canamus ſimiliter eadem qualitate gloriam ideſt laudem et honorem/ paracleto ideſt ſpirituiſancto : qui extat/ ideſt manet deus trinus:in perſonis:et vnus in vnitate ſubſtãtie:ante ſecula ideſt ante omnia ſecula. Amen.

¶ Carmen eſt ſaphicũ mixtũ adonico. Canitur in feſto angelorum quorum auxilium petit.

Chriſte ſanctorũ decus angelorum
Rector humani generis & autor
Nobis ęternum tribue benignus
Scandere cœlum.

¶ O chriſte ſanctorum decus angelorum:ſanctorũ dico ad differentiã malorum. Et nota ꝙ author facit hic inuocationem ad omnes et ſingulos bonos angelos: rector humani generis:et autor:tu benignus tribue nobis ſcandere:ideſt aſcẽdere celum:ideſt regnum eternum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Angelum pacis michaelem ad iſtam
Cœlitus mittas rogitamus aulam.
Nobis vt crebro veniente creſcant
Proſpera cuncta.

¶ Rog'tam⁹ mittas celitus: ideſt dirigas: ad iſtam aulam: ideſt eccleſiam michaelem angelum pacis: qui nos placet deo. Quoties magna nunciantur a deo: michael mittitur. quando vero maiora gabriel mittitur. vt Marie & Zacharie. Ad medelā raphael mittitur: vt Thobie. ad hoc ergo mittatur. vt cuncta proſpera creſcant veniente michaele archangelo a deo: crebro ideſt frequenter.

Angelus fortis gabriel vt hoſtem
Pellat antiquum volitet ab alto
Sepius templum veniens in iſtud
Miſeratus noſtri.

¶ Gabriel interpretatur fortis angelus: ideſt fortitudo dei: p quod intelligitur q fortis fuit et potens ad defendendum fortitudinem diaboli: per virtutem ſancte crucis. et gabriel fortis angelus: volitet ideſt volet: ab olto celo: vt pellat antiquum hoſtem ideſt diabolum: gabriel dico veniens ſepius in iſtud templum ideſt eccleſiam: miſeratus noſtri.

Angelum nobis medicum ſalutis
Mitte de celis raphaelem: vt omnes
Sanet ægrotos pariterq; noſtros
Dirigat actus.

¶ O chriſte mitte nobis angelum Raphaelem: medicum ſalutis noſtre. Raphael interpretatur medicina dei. et ſignat chriſtum qui tulit nobis de celis medicinam. cuius gratia mundati ſumus ab omni peccato: et liberati ab hoſte antiquo: vt ſanet ideſt curet nos omnes egrotos in mente: et dirigat actus noſtros/ ideſt noſtras operationes prauas ad bonam operationem.

Hinc dei noſtri genitrix Maria.
Totus & nobis chorus angelorum
Semper aſſiſtat: ſimul & beata
Concio tota.

¶ Et quia facimus inuocationem angelorum: maria gēitrix dei noſtri: et tot⁹ chorus angelorum aſſiſtat ſemper. i. omni tempore: nobis omnibus: et

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tota concio beata ideſt exercitus angelorum:nobis aſſiſtat ſimul: vt iſti intercedant pro nobis.

¶Beata deitas. ſcilicet patris ac nati.ideſt filij: et ſpiritusſancti preſtet. ideſt tribuat nobis pariter hoc quod predictum eſt gloria cuius ſpiritus reboat.ideſt perſonat omni mundo.Amen.

Preſtet hoc nobis deitas beata
Patris ac nati pariterq; ſancti
Spiritus/cuius reboat in omni
Gloria mundo.Amen.

¶Carmen eſt dimetrum iambicum cacometrum. Canitur in feſto omnium ſanctorum: quorum omnium interceſſionem pro nobis implorat.

¶Hic facit inuocationē ad oēs ordines angelor: ⁊ deprecatur vt eos ipſi adſint nobis: ⁊ a nobis omnia vitia repellāt:⁊ nos purificatos corde ⁊ ope ad celeſtia regna perducant.

O chriſte redēptor omnium ſcilicet fideliū:conſerua tuos famulos qui tibi famulantur:tu dico placatus ſanctis precibus beate marie virginis.⁊c.

O beata agmina celeſtium ſpirituum ſcilicet angelorū pellite quoq; ideſt ſimiliter preterita mala ideſt vitia : preſentia ⁊ futura a nobis.

Vates ideſt o vos prophete eterni iudicis ideſt chriſti : o apoſtoli domini expoſcimus ideſt deprecamur ſuppliciter ſaluari:veſtris precibus.

O martyres dei inclyti ideſt nobiles ⁊ electi ;.⁊ confeſſores

CHriſte redēptor omniū
Conſerua tuos famulos
Beatę ſemper virginis
Placatus ſemper precibus.

Beata quoq; agmina
Cœleſtium ſpirituum
Pręterita pręſentia
Futura mala pellite.

Vates ęterni iudicis
Apoſtoliq; domini
Suppliciter expoſcimus
Saluari veſtris precibus.

Martyres dei inclyti
Confeſſoreſq; lucidi
Veſtris orationibus
Nos ferte in cœleſtibus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lucidi.i.caſti:ferte nos in celeſtibus regnis veſtris orationibus.

Chorus ſanctarum virginum
Monachorumq; omnium
Simul cum ſanctis omnibus
Conſortes chriſti facite.

Gentem auferte perfidam
Credentium de finibus:
Vt chriſto laudes debitas
Perſoluamus alacriter.

Gloria patri ingenito
Eiuſq; vnigenito
Vna cum ſancto ſpiritu
In ſempiterna ſecula.Amen.

¶Chorus ſanctarum virginũ ꝛ omnium monachorum. facite nos chriſti conſortes.i. participes celeſtis regni: cum omnibus ſanctis.

¶Auferte.ideſt remouete gentem perfidam ideſt infidelem de finibus credẽtium:ꝛ ad qd: vt perſoluamus alacriter ideſt iocoſe chriſto laudes debitas:

Gloria ideſt laus ſit ingenito patri eiuſq; vnigenito ideſt filio Jeſu chriſto vna ideſt pariter cum ſancto ſpiritu:in ſempiterna ſecula.Amen.

Ieſu ſaluator ſeculi
Redemptis ope ſubueni
Et pia dei genitrix
Salutem poſce miſeris.

¶Hymnus iſte cõtinuatur ſuperiori:ſic dixi. O chriſte conſerua tuos famulos:ꝛ bene debes quia redemiſti nos. O ieſu ſaluator ſeculi ſubueni.i. ſuccurre redẽptis ope.ſ.tuo auxilio et o pia dei genitrix:poſce.i.impetra ſalutem animarum: nobis miſeris.

Cœtus omnes angelici:
Patriarcharum cunei
Et prophetarum merita
Nobis precentur veniam.

¶Omnes angelici cetus ideſt omnis angelorum ſocietas ſeu exercitus cunei.i.chori patriarcharum : ꝛ merita prophetarũ precentur.i. poſtulent vel impetrent nobis veniam ideſt indulgentiam peccatorum

Baptiſta chriſti præuius
Et clauiger æthereus
Cum cœteris apoſtolis
Nos ſoluant nexu criminis.

¶Baptiſta Joannes preuius ideſt precurſor chriſti ꝛclauiger ſcilicet Petrus ethereus ideſt celeſtis: cum ceteris apoſtolis: ſoluat nos nexu criminis ideſt a vinculis peccatorum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Sacratus chorus.i.ſacer cetus martyrum:⁊ confeſſio ſacerdotum.i.iuſtorum ⁊ caſtitas virginalis.i.virginum abluāt nos a peccatis.

Chorus ſacratus martyrum:
Confeſſio ſacerdotum:
Et virginalis caſtitas
Nos a peccatis abluat.

Suffragia.i.patrocinia electorum vel monachorum:⁊ omnes celici.i.celi ciues angeli annuant.i. faueant votis.i. precib⁹ ſupplicum ideſt humilium: vt poſcant ideſt impetrent premium vite eterne.

Electorum ſuffragia
Omneſq; ciues cœlici
Annuant votis ſupplicum:
Et vitę poſcant pręmium.

Laus honor virtus ⁊ gl'ia ſit deo patri et filio ſimul ſancto paracleto in ſempiterna ſecula.Amen.

Laus/honor/virtus/gloria
Deo patri & filio
Sancto ſimul paracleto
In ſempiterna ſęcula.Amen.

¶ Carmē eſt quale illud Primo dierum. Canitur in feſto diui Martini: cuius laudes proſequitur.

¶ Autor commēdat ⁊ laudat deum de conuerſione ⁊ habitu beati martini quia hic pauper ⁊ modicus celum diues ingreditur quia per conſtantiam fidei ⁊ cōfeſſionem trinitatis meruit fieri ſuſcitator triū mortuorum quorum anime detinebātur clauſe in inferno.Rogat itaq; dominum.vt ſicut per confeſſionem ſancte trinitatis tres mortuos ſuſcitauit ab inferno:ita ſuſcitet nos a peccato:⁊ ſicut induit pauperem parte ſue chlamydis ſic nos induat iuſticiam.O chriſte rex eterne:decus.i.honor martini:hic.i.martinus eſt tua laus:tu es ſalus illius martini.tu tribue nos colere te : in hunc. ſcilicet martinum:quin ideſt inſuper:tribue nobis ipſum martinum colere in te chriſto.

Rex chriſte martini dec⁹
Hic laus tua tu illius
Tu nos ī hūc te colere:
Quin ipſum in te tribue.

¶ Tu qui das ꝙ martinus gēma exiſtens preſulum.i.epiſcoporum ⁊ ſacerdotum fulget.i.

Qui das per orbis cardines
Quod gēma fulget pręſulum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Da quos p̄mūt culpę graues
Soluat per ingens meritum.

ſplendet per cardines.i.per angulos:orbis.i.per quattuor partes mundi:da.i.cōcede vt martinus ſoluat per ingens meritum nos quos graues culpe. ideſt criminalia peccata:premunt ideſt detinent.

En pauper hic & modicus
Cœlum diues ingreditur
Cœli cohortes obuiant
Lingue.tribus.gentes ouant.

¶En.i.ecce:hic.ſ. martin⁹ pauper in diuitijs:ꝛ modicus. ſcilicet in perſona corporis : diues ī virtutibus exeundo de mūdo: ingredit̄ celū : cohortes.i.exercit⁹ celi: obuiāt ei lingue.ſ.oēs: tribus iſrael.ſ.iudei:gentes.i.gētiles ouant.i.applaudunt.

Vt vita fulget tranſitus
Cœlis & aruo ſplendidus:
Gaudere cunctis pium eſt
Cunctis ſalus ſit hic dies.

¶Vt ꝓ ſicut:vita illi⁹ ſic trāſitus.i.obitus ei⁹:fulget.i. reſplēdet:celis.i.i celo ꝛ in aruo.i. in terra ſeu in mūdo:trāſitus dico ſplēdidus:ꝛ ideo qꝛ fulget:piū ē gaudere cunctis hominibus: ꝛ hic dies.i.hoc feſtum ſit ſalus cunctis.i.omnibus.

Sit trinitati gloria
Martinus vt confeſſus eſt:
Cuius fidem per opera
In nos & ipſe roboret.

¶Sit gloria trinitati : ſcilicet patri ꝛ filio ꝛ ſpirituiſancto : vt pro ſicut:martinus cōfeſſus eſt ſcilicet fide ꝛ opere fidem cuius martini: ꝛ ipſe deus roboret in nobis.

Martine par apoſtolis
Feſtū colētes tu foue
Qui viuere diſcipulis
Vis aut mori nos/reſpice.

¶In hoc hymno cōmēdat autor beatū Martinū per conſtātiam fidei eius quā habuit ī ſuſcitatiōe triū mortuoꝝ. O martine par apoſtolis.i. equalis in triū mortuorum ſuſcitatione:qꝛ tres mortuos ſuſcitauit vt apoſtoli:ꝛ quia globus igneus.i.ſpūſſctus deſcēdit ſuper eū:tu foue.i.reſuſcita a peccato:collentes tuū feſtū: qui vis viuere aut mori diſcipulis.deſt ad vtilitatem diſcipulorum quia nec mori timuit:nec viuere recuſauit. Unde ꝛ ipſe effundēs oratione apud dn̄m:ait.O domine ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius:non recuſo laborem. Fiat voluntas tua: qꝛ nec viuere nec mori recuſaſti.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ideo reſpice nos: vt tuis meritis et precibus mundo corde et caſto corpore exiſtentes: aulam celi ingredi mereamur: ſicut feciſti in tempore tuo prelatos eccleſie famulos.

¶ O Martine fac. i. effice: nūc hoc p̄ſente tēpore. ſ. nos eē iuſtos quod geſſeras. i. feceras olim predicando: clarifica idest illumina: nūc preſules eccleſie idest prelatos: auge decus eccleſie: ⁊ elide. idest frāge: vel reprime fraudes ſathane idest diaboli aduerſarij.

Fac nunc quod olim geſſeras:
Nunc præſules clarifica:
Auge decus eccleſiæ:
Fraudes elide ſathanæ.

¶ Tu qui euiſceras ꝓ euiſceraſti. i. euacuaſti: chaos. i. infernum: ter. i. tres mortuos ſuſcitaſti. Tu qui ter intraſti in infernū reſuſcitando tres mortuos ſuſcita nos merſos idest mortuos: reatu idest culpa per peccatum primi parentis. ſcilicet Ade ⁊ ꝓpria culpa: vt pro ſicut: diuiſeras chlamidem pauperi: ſic indue nos iuſticiam.

Qui ter chaos euiſceras
Merſos reatu ſuſcita:
Diuiſeras vt chlamidem
Nos indue iuſtitiam.

¶ O martine ſubueni. i. ſuccurre: monaſtico ordini: idest ordini monachorū: iā lapſo. idest relapſo in peccatis: pene idest fere: et ad quid? vt recorderis quondam tue ſpecialis gratie.

Vt ſpecialis gratiæ
Quondam recorderis tuæ
Monaſtico nunc ordini
Iam pene lapſo ſubueni.

¶ Carmen eſt dimetrum iambicum cacometrū. Canitur in feſtis Apoſtolorum: quorum poteſtatem a chriſto traditam narrat.

¶ In hoc hymno facit autor inuocationem ad apl'os: vt ipſi ꝓ nobis deprecentur: et ſuis precibus a nobis vitia repellant: vt deus veniētes ad iudicium: ne pro reatu nos puniat: ſed repletos eternis gaudijs faciat. Et nota ꝙ dies iudicij non dicitur ideo ꝙ tunc erit dies: ſed qꝛ apparebunt oīa nobis tanꝙ in die: celū. i. celeſtis curia exul-

Exultet cœlum laudibus:
Reſultet terra gaudiis:
Apoſtolorum gloria
Sacra canunt ſolennia.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tet.i.gaudeat laudibus:terra.i.terreni:ſcilicet homines:reſultet gaudijs:homines canũt.i.laudant ſacra ſolēnia gloria apoſtolorum.

Vos ſęcli iuſti iudices
Et vera mundi lumina
Votis precamur cordium
Audite preces ſupplicum.

¶Vos apoſtoli ⁊ iuſti iudices ſecli.i.ſeculi:⁊ vera lumina mũdi:quia totus mundus illuminatur predicatione: precamur vos votis cordium.i. precibus cordis: audite preces ſupplicũ .i.humilium.

Qui cœlum verbo clauditis.
Seraſq; eius ſoluitis
Nos a peccatis omnibus
Soluite iuſſu queſumus.

Qui clauditis ſcilicet peccatoribus celum verbo.i. ſermone:⁊ ſoluitis bonis ſeras.i. clauſuras eius: queſumus id eſt precamur vos ſoluite ideſt abſoluite nos a peccatis omnibus:iuſſu.i.precepto.

Quorum pręcepto ſubditur
Salus:& langor omnium:
Sanate ęgros moribus
Nos reddentes virtutibus:

Precepto quorum.ſ.apoſtolorum:ſalus.i.ſanitas: ⁊ lāgor .i. infirmitas omnium hominum. ſubditur ſanate egros.i. peccatores: moribus.i. prauis cogitationibus ⁊ volũtate mala peccādi:reddētes nos virtutib⁹.i. operationib⁹ virtuoſis.

Vt cum iudex aduenerit
Chriſtus in fine ſęculi
Nos ſempiternis gaudiis
Faciat eſſe compotes.

Et rogamus vos: vt cum chriſtus iudex aduenerit in fine ſeculi: faciat nos eſſe cōpotes ſempiternis gaudijs.

¶Carmen eſt quale illud primo dierum.
Canitur in feſtis apoſtolorum: quorũ laudes enumerat.

AEterna chriſti munera
Apoſtolorum gloria
Laudes canētes debitas
Lętis canamus mentibus.

¶Hymnus iſte cōtinuatur ſuperiori: ſcilicet Exultet celum laudibus. Nos canentes debitas laudes chriſto in honore apoſtolorum: canamus letis



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mentibus ideſt iocundis: gloria ideſt ad gloriam apoſtolorum: eterna munera .i. dona chriſti que ſua pietate nobis largitus eſt.

¶ Iſti ſunt principes eccleſiarum: iſti ſunt triumphales duces belli ideſt triumphantes. Iſti ſunt milites celeſtis aule ideſt palacij: ⁊ ſunt vera mundi lumina: quia predicatione illorum illuminatus eſt mundus.

Eccleſiarum principes
Belli triumphales duces
Cœleſtis aulę milites
Et vera mundi lumina.

Fides deuota ſanctorū ideſt obediens inuicta ſpes credētiū: perfecta chriſti charitas: ideſt amor: triumphat ideſt ſuperat: principem mundi. ideſt diabolum. Unde venit princeps mūdi huius et in me non habet quicq̄.

Deuota ſanctorum fides
Inuicta ſpes credentium
Perfecta chriſti charitas
Mundi triumphat principē.

Paterna gloria exultat in his: ſcilicet apoſtolis voluntas ſpiritusſancti exultat in his: filius exultet in his quid dicam per ſingula? celum replet gaudijs.

In his paterna gloria:
In his voluntas ſpiritus.
Exultat in his filius:
Cœlum repletur gaudiis.

¶ Te redemptor queſumus te nunc ideſt in preſenti vt iungas precantes ſeruulos conſortio ipſorum ſcilicet apoſtolorū in ſempiterna ſecula. Amen.

Te nunc redemptor queſumꝰ
Vt ipſorum conſortio
Iungas precantes ſeruulos
In ſempiterna ſecula. Amen.

¶ Carmen eſt aſclepiadeum mixtum gliconico.
Canitur in feſtis plurimorum martyrum.

¶ In hoc hymno laudat autor deum in commemoratione ſanctorū martyrum quia mundū cum pompis ſuis: ⁊ cū vitijs et concupiſcentijs

SCtōrū meritis inclyta gaudia
Pangamꝰ ſotii geſtaq; fortia.
Nā gliſcit animꝰ ꝓmere cātibꝰ
Victorum genus optimum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſuis dimiſerunt ⁊ ſpreuerunt. Unde in terris laudantur et in celis honorantur: intendit itaqꝫ rogare deum vt nos ſuos famulos iungat conſortio ſanctorum martyrum. O ſocij pangamus ideſt cantemus: inclyta gaudia ideſt preclara meritis ſanctorum: et fortia geſta eorum: nã animus gliſcit ideſt cupit vel gaudet ꝓmere ideſt laudare cum cantibus optimum genus victorum ideſt martyrum.

Hi ſunt quos retinẽs mũdus inhorruit
Ipſum nam ſterili flore per aridum
Spreuere penitus: teqꝫ ſecuti ſunt
Rex chriſte bone cœlitus.

¶ Hi ſunt martyres quos mundus retinens. i. dũ viuerẽt in mundo: inhorruit. i. odio habuit: nã ipſi martyres ſpreuere penitus ipſum: ſcilicet mundum peraridum ideſt valde ſiccum: flore ſterili ideſt non fructuoſo: et ſecuti ſunt celitus ideſt diuinitus te: o chriſte bone rex.

Hi pro te furias atqꝫ ferocia
Calcarunt omnia: ſeuaqꝫ verbera:
Ceſſit his lacerans fortiter vngula:
Nec carpſit penetralia.

¶ Hi. martyres calcarunt ideſt ſuſtinuerunt: paſſi ſunt ⁊ vicerunt pro te furias ideſt inſidias infidelium: atqꝫ omnia verbera fortia ideſt crudelia et ſeua ideſt iniuſte illata. et vngula ideſt quoddam genus tormenti: ceſſit ideſt locum dedit his martyribus. lacerans. i. puniẽs fortiter: vltra queuis tormenta. nec pro non: ſed et non carpſit penetralia martyrum vel apoſtolorum ideſt non fuerunt fracta vel diuiſa eorum viſcera. et hoc virtute dei: quia virtus dei erat in eis. vel non carpſit penetralia ideſt intima eorum et non potuerunt tormentorum generibus a propoſito ſancto retrahi.

Cæduntur gladiis more bidentium
Non murmur reſonat: non q̃rimonia:
Sed corde tacito mens bene conſcia
Conſeruat patientiam.

¶ Ipſi ceduntur ideſt iugulantur gladijs crudelibus more bidentiũ ideſt conſuetudine ouiũ murmur eorum non reſonat: non querimonia ideſt lamentatio non auditur: ſed mens bene conſcia. i. boni meriti: conſeruat patiẽtiam tacito corde: qꝛ fortes/



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

patientes et firmi erant pro fide chriſti bello.

Quę vox q̄ poterit lingua retexere
Quę tu martyrib⁹ mūera p̄paras?
Rubri nam fluido ſanguine laureis
Ditantur bene fulgidis.

¶ Et quia om̄ia hec pro chriſti noīe patiebantur: igitur q̄ vox ⁊ que lingua poterit retexere.i. dicere: vel explicare munera .i. dona que tu martyribus preparas/ nam ipſi rubri: ideſt rubei fluido ideſt fluente ſanguine: ditantur ideſt coronantur: laureis ideſt coronis bene fulgidis.

Te ſumma deitas vnaq; poſcimus
Vt culpas abluas/noxia ſubtrahas:
Des pacē famulis/nos quoq; gloriā
Per cuncta tibi ſęcula. Amen.

¶ O ſumma deitas nos ſupplices ideſt humiles poſcimus/ideſt rogam⁹ te: vt abluas ideſt deleas culpas noſtras ideſt peccata noſtra: et ſubtrahas noxia: ideſt ipſa peccata a nobis: et des pacem famulis tuis. quoq; .i. ſimiliter: nos oēs demus gloriam tibi ideſt ad honorem tuum per cuncta ſecula. Amen.

¶ Carmen eſt quale illud Primo dierum. Canitur in feſto martyrum.

Rex glorioſe martyrum
Corona confitentium
Qui reſpuentes terrena
Perducis ad cœleſtia.

¶ Materia huius hymni eſt inuocare regē martyrum. vt dirigat ad nos aures ſue clementie/ et quod delinquimus propter merita ſanctorum in quorum cōmemoratione preſens hymnus cantatur. parcere vel ignoſcere dignetur. O glorioſe rex martyrū corona. i. brauiū ⁊ merces confitentium nomen tuum. qui perducis reſpuentes terrena. ad celeſtia regna.

Aurem benignam protinus
Appone noſtris vocibus:
Trophea ſacra pangimus
Ignoſce quod delinquimus.

¶ Tu appone aurem tuam benignam. protinus ideſt ſtatim noſtris vocibus ⁊ ignoſce quod delinquimus. qui pangimus ſacra trophea ideſt victorias martyrum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Tu vincis in martyribus
Parcendo confeſſoribus:
Tu vince noſtra crimina
Donando indulgentiam.

¶ Tu vincis ſeuiciā tyrannorum in martyribꝰ parcendo confeſſoribus: quia nō vis vt per martyrium finiant vitā ſuā: tu vince ideſt deſtrue noſtra crimina donando nobis indulgētiam: quia tu non vis mortem peccatoris.

¶ Carmen eſt quale illud Primo dierum. Canitur in feſto vnius martyris: cuius laudem narrat.

Deus tuorum militum
Sors: & corona: præmium:
Laudes canentes martyris
Abſolue nexu criminis.

¶ O deus tu ſors ideſt pars tuorum militū ideſt hereditas. vnde dauid. Dominus pars hereditatis mee. et corona et premium: quia tu ſecundum meritum tribuis mercedem: abſolue nos nexu criminis id eſt laqueo peccatorum nos dico canētes laudes martyris cuius hodie feſtum celebratur.

Hic nempe mundi gaudia:
Et blandimenta noxia:
Caduca rite deputans
Peruenit ad cœleſtia.

¶ Hic martyr deputans ideſt iudicās vł eſtimās: rite .i. recta gaudia mundi: et blādimēta eſſe noxia ꝛ caduca: puēit nēpe .i. certe ad celeſtia regna.

Pœnas cucurrit fortiter
Et ſuſtulit viriliter
Pro te effundens ſanguinem:
Aeterna dona poſſidet.

¶ Et ipſe cucurrit fortiter .i. conſtans forti aio: penas ideſt tormēta huius mundi trāſiuit et ſuſtulit .i. ſuſtinuit illas penas viriliter effundēs ſanguinē ſuū. ꝛ ideo poſſidet eterna dona.

Ob hoc: precatu ſupplices
Te poſcimus piiſſime
In hoc triumpho martyris
Dimitte noxam ſeruulis.

¶ Ob hoc .i. ꝓpter hoc: qꝛ ꝓpter ſanguinē fudit: o piiſſime pr̄ nos ſupplices poſcimꝰ .i. p̄camur te p̄catu .i. p̄cibꝰ humilibꝰ: i hoc triūpho .i. i hac victoria martyris: dimitte noxā .i. culpā ſeruulis.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Materia huius hymni eſt vt relictis delectationi= bus et vanitatibus hui⁹ ſeculi bona opera exercendo deū conſequamur. ¶ Martyr dei: qui fuiſti victor: victis hoſtibus: tu dico triumphans ſequēdo vnicum filium patris es modo fruens celeſtibus bonis.

MArtyr dei: qui vnicum
Patris ſequēdo filium:
Victis triūphās hoſtib⁹
Victor fruens cœleſtibus.

¶ Et q̄ tantis bonis frueris dilue ideſt extingue: reatum ideſt peccatum noſtrū tu dico arcens contagium mali. i. diaboli: remouens tedium vite ſcilicet famem: ſitim: nuditatem: frigus: ſcʒ donando nobis temporalia neceſſaria.

Tui præcatus munere
Noſtrum reatum dilue
Arcens mali contagium
Vitæ remouens tędium.

¶ Et quia vincula tui ſa= crati corporis ſunt iam ſo= luta a nexibus huius ſeculi diſſoluti: et eſt cum chri= ſto: ſic ⁊ ſolue nos a vinclis ſeculi / ideſt abſolue nos a peccatis tuis precibus, et hoc amore filij dei.

Soluta ſunt iam vincula
Tui ſacrati corporis
Nos ſolue vinclis ſęculi
Amore filii dei.

¶ Carmen eſt quale illud Nocte ſurgentes. Canitur in feſto confeſſorum.

¶ Materia huius hymni eſt q̄ totis viribus deum ſuper omnia laudare de= bemus. Intendit etiam autor in hoc hymno tractare de aſcenſione illius confeſſoris in cuius memoria preſens hymnus totis laudibus celebratur. Iſte cōfeſſor domini ſa= cratus: a domino letus ideſt exultans: meruit hodie ideſt in hac die: ſcandere ideſt aſcendere: ſecreta celi: ideſt ad celos feſta cuius ſan= cti: plebs deuota celebrat per totum orbem.

ISte confeſſor domini ſacratus
Feſta plębs cuius celebrat p̄ orbem
Hoc die lętus meruit ſecreta
Scandere cœli.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Qui pius:prudens:humilis:pudicus:
Sobrius:caſtus:fuit & quietus:
Vita dum præſens vegetauit eius
Corporis artus.

¶ Qui ſcilicet confeſſor fuit caſtus corpore et in aīa pius: ideſt ſanctus ⁊ miſericors: prudēs ideſt humilis:pudicus in verbis:ſobrius in cibis:et quiet⁹ ideſt tranquillus:dum ideſt donec:vegetauit ideſt nutriuit: artus ideſt mēbra corporis eius preſens vita:ideſt quando erat in hoc ſeculo.

Ad ſacrum cuius tumulum frequenter
Membra languentum: modo ſanitati
Quolibet morbo fuerint grauata
Reſtituuntur.

¶ Ad ſacrū tumulum cuius confeſſoris membra languētum ideſt egrotantiū: reſtituunt modo ideſt preſenti:ſanitati ideſt ſaluti: frequenter quolibet morbo ideſt a quacunq; infirmitate illa membra fuerint grauata.

Vnde nunc noſter chorus in honore
Ipſius:hymnum canit hunc libenter:
Vt piis eius meritis iuuemur
Omne per æuum.

¶ Unde nunc noſter chorus noſtrorum fratrum canit hunc hymnū in honore ipſius confeſſoris: libenter ideſt voluntarie. et ad quid canimus? vt iuuemur pijs meritis ideſt patrocinijs ⁊ orationibus eius per omne euum.i.per cuncta ſecula.

Sit laus illi decus atq; virtus:
Qui ſupra cœli reſidens cacumen
Totius mundi machinam gubernat
Trinus & vnus. Amen.

¶ Sit laus ideſt gloria: decus/ ideſt honor/ atq; virtus ſemper erit illi deo qui reſidens ſupra cacumen: ideſt ſupra altitudinem celi:trinus in perſonis ⁊ vnus in eſſentia gubernat machinam ideſt fabricam totius mundi.

¶ Carmen eſt quale illud Primo dierum.
Canitur in feſto virginum:in
quarum laude verſatur.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Jeſu corona virginum
Quem mater illa concepit
Quæ ſola virgo parturit
Hęc vota clęmens accipe.

In hoc hymno laudat autor deū in cōmemoratione ſanctarū virginū: que domando fragilem ſexū meruerunt ſcandere ſecreta celi. Rogat itaq̧ deum: vt neſciam⁹ vulnera corruptionis. O ieſu corona virginum quē.ſ.mater illa mirabilis: cōcepit.ſ.ſancta maria: que ſola mater inter alias virgo parturit: tu clemēs accipe.i. ſuſcipe hec vota noſtra/ideſt has preces.

Qui paſcis inter lilia
Septus choreis virginum
Sponſus decorans gloria
Sponſiſq̧ reddens præmia.

Tu q̄ paſcis.i.letaris: inter lilia.i. bona opa: ſept⁹.i.circūdat⁹: choreis.i. ordinib⁹ ꝟginū: ⁊ es decorās.i.coronās ſpōſus glīa: et reddens ſpōſis premia.

Quocunq̧ pergis: virgines
Sequuntur: atq̧ laudibus
Poſt te canentes curſitant:
Hymnoſq̧ dulces perſonant.

Quocūq̧.i. ad quecūq̧ locū ꝑgis: ille ꝟgines ſequunt̄ te: atq̧ canētes: curſitāt.i.currūt poſt te laudibus: q̧ pro ⁊ perſonāt: dulces hymnos.i.laudes.

Te deprecamur largius
Noſtris adauge ſenſibus
Neſcire prorſus omnia
Corruptionis vulnera.

Et q2 ꝟgines ꝑſonāt tibi laudes ꝑcamur te: adauge largius .i. augmēta ampli⁹ noſtris ſenſibus: et da prorſus ideſt omnino nobis omnibus neſcire vulnera corruptionis.

Carmen eſt quale illud Nocte ſurgētes. Canit̄ ſicut ſuperius in feſtis ſanctarum virginum.

Virginis ꝓles opifexq̧ matris
Virgo quē geſſit: pepitq̧ ꝟgo:
Virgīs feſtū canim⁹ tropheū:
Accipe votum.

Materia hui⁹ hymni eſt canere deo laudes: ⁊ ſeq̄ veſtigia ei⁹. Cōmemoratio ſanctarū virginū agit̄ in iſto hymno. O ꝓles.i.o fili marie ꝟgīs.⁊ o opifex.i. creator mr̄is quē.ſ. te virgo maria.geſſit.i.portauit: ꝟgo.ſ.maria peperit.i.parturit.nos

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

canimus feſtum virginis tropheum.i.victoriam.⁊ ideo accipe.i.ſuſci pe votum ideſt preces noſtras.

Hęc tua virgo duplici beata
Sorte dum geſtit fragilem domare
Corporis ſexum:domuit cruentum
Corpore ſęclum.

¶hec tua virgo eſt beata duplici ſorte.ſcilicȝ caſtitate:virginitate:⁊ martyrio:dum geſtit.i.deſiderauit domare.i. macerare fragilem ſexum.i.femineum:quia ſexus fragilis eſt.⁊ illa domuit.i. deuicit cruentum.i. ſanguinolentum vel crudelem ſeclum.i.diabolum corpore.

Vnde nec mortē nec amica mortis
Sęua pœnarum genera paueſcens
Sanguine fuſo meruit ſecreta
Scandere cœli.

Unde quia domuit fragilem ſexum : ſcilicet corpus ſuum: nec pro et non:non fuit paueſcens .i.timens mortem:nec ſeua genera penarū : nec fuit amica mortis:i.diaboli vel pcti.⁊ ideo ſanguine fuſo.i.cōſumato martyrio:ipſa virgo meruit ſcādere.i.aſcēdere:ſecreta celi.i.ad celos.

Huius obtēptu deus alme noſtris
Parce iam culpis vitia remittens
Quo tibi puri reſonemus almum
Pectoris hymnum.

Et quia meruit ſcandere celum o alme deus parce iam culpis.i.peccatis : obtemptu.i.prece vel oratione huius virginis vitia remittēs:quo pro:vt:nos puri.i.caſti reſouem⁹ almū hymnū.i.cāticū.i.cantem⁹ ſanctā laudem tibi.i.ad honorem tuum.Gloria tibi domine qui natus.

¶Carmen eſt cacometrū quale illud luſtra ſex.
Canitur in dedicatione eccleſię.

VRbs beata hieruſalem dicta pacis viſio
Quę cōſtruitur in cœlis viuis ex lapidib⁹
Et angelicis coornata vt ſpōſata comite.

¶In hac cōmemoratiōe celeſtis hieruſalē autor laudat deum:qui hoc ſacro templo infundit iugiter ſuam benedictionem:quapropter rogare deum debemus: vt in hoc templo ſancto ſuo omnes promereamur acquirere eterna bona ⁊ adepta cum ſuis ſanctis perēniter poſſidere.Hieruſalem beata vrbs.i. ciuitas ce-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

leſtis cõſtituta vel cõſtructa de aiab9 ſcõꝝ:q̃ ſunt viui lapides: eſt di cta.i.interp̃tata viſio pacis:q̃ hierl̃m cõſtruit in celis ex viuis lapidi b9.i.ſcĩs aiab9.ſcĩ q̃ ſũt viui lapides. illa dico coornata.ſ.ãgelis vt ſpõſata.i.ſpõſa:comite.i.ſpõſo.i.ſicut mulier ornata ẽ viro.i.ſpõſo: ita eccl̃ia xp̃o.

Iſta no ua ſpõſa.i. ſcta eccl̃ia

Noua veniens e cœlo nuptiali thalamo.
Pręparata vt ſponſata copuletur domino
Plateę & muri eius ex auro puriſſimo.

veniẽs e celo.i.xp̃o iſta dico p̃parata nuptiali i.virginali thalamo vł lecto.i.lauacro baptiſmatis:vt ꝑ ſicut:ſpõſata copulet̃.i. cõiũget̃ dño platee.i.vite.ſ.pfecti ãbulãtes in vijs dñi: ⁊ muri.i.p̃dicatores illius ſponſe ſunt:ex auro puriſſimo.i.ex ſplendore ſanctorum qui ſplendi di efficiuntur vt aurum puriſſimum.

Lapides .i.ſcĩ mar tyres: expo liti.i.aptati

Tunſionibus/preſſuris expoliti lapides
Suiſq; aptantur locis per manus artificis
Diſponuntur permanſuri ſacris ędificiis.

ad edificãdũ tunſionib9.i pcuſſionib9 ⁊ afflicti p̃ſſuris.i.tribulatiõib9 Sicut lapides i muro ſũt edificati:ita aie ſcõꝝ ſũt ordiãte i padiſo: ꝗ ꝑ ⁊:aptant̃.i.ordinant̃:vel diſponunt̃ ſuis locis: p man9 artificis .i.p man9 filij dei.lapides dico pmanſuri ſacris edificijs.i.celeſtibus edificijs.

Porte.ſ. illius tẽpli: nitẽt.i. ſplẽ

Portę nitent margaritis aditis patentibus.
Et virtute meritorum:illuc introducitur
Oĩs qui pro chriſti noĩe in hoc mũdo p̃mitur.

dẽt margaritis.i.virtutib9:aditis.i.liminib9 vł itroitu:patẽtib9.i.apt̃ſ: oĩs.i.xp̃ian9:q̃ ꝑ xp̃i noĩe p̃mit̃.i.cruciat̃ i hoc mũdo.i.i hoc ſc̃lo:itro ducit̃ illuc.i.i celeſtẽ hierl̃m virtute meritoꝝ.i.bonoꝝ operũ ſuorũ.

Chr̃us ẽ lapi an gularis q̃ a iudeis

Angularis fundamentũ lapis chriſt9 miſſus eſt
Qui compage parietis in vtroq; nectitur:
Quẽ ſcta ſiõ ſuſcepit:in quo credẽs permanet.

fuit reprobat9.Vñ dauid.Lapidẽ quẽ reprobauerunt edificantes.⁊c. Tamẽ duos populos in vnũ cõiũxit.ſ.iudaicũ ⁊ gentilẽ:qui chriſtus filius perduxit nos ad eternam beatitudinem ſummi regis.i. dei pa tris chriſtus fundamentum totius eccleſie:miſſus eſt a patre: vel eſt factus lapis angularis:qui lapis nectitur.i. coniungitur compage.i.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

coniunctio parietis:in vtroqꝫ.i.i duobꝰ populis ſ.in iudaico ⁊ gẽtili quẽ.ſ.chriſtũ ſion ſuſcepit. Sancta ſion interpretatur eccleſia vel ſpeculatio:in quo.ſ.in chriſto:vel eccleſia credens.i.chriſtianus qui credit:permanet firmiter ſtat.ſ.in fide ſancte eccleſie.

Omnis illa deo ſacra & dilecta ciuitas
Plena modulis in laude canore iubilo
Trinũ deũ vnũ quoqꝫ cũ fauore prędicat.

¶ Omnis illa ciuitas .i. eccleſia militãs: do .i.ad honorem dei eſt ſacra.i.ſacrata ⁊ dilecta.i.amata a deo : ⁊ plena modulis .i.cantilenis angeloꝝ in laude dei ⁊ canore.i.cãtu vel canore iubilo .i.duplici exultatione. Jubilus eſt gaudiũ illud quod eſt interius in homine : quod omnino non poteſt referri nec omnino taceatur : pre animi exultatione.⁊ ſancta eccleſia: predicat trinum deũ.ſ.in perſonis:quoqꝫ pro ⁊:vnum in ſubſtantia vel eſſentia : cũ fauore.i.cũ pce.

Hoc in templo ſumme deus exoratus adueni
Et clęmenti bonitate precũ vota ſuſcipe.
Largam benedictionem hic infunde iugiter.

¶ O ſumme deꝰ exoratus.ſ. a nobis.i. tu deprecatꝰ: adueni per gratiam in hoc templo.i.in iſta eccleſia: ⁊ ſuſcipe vota.i. preces vel orationes deuotas: precum.i.rogantium te:clementi bonitate.i.tua miſericordia vel pietate infunde.i.immitte : hic iugiter.i. perẽniter vel aſſidue largam benedictionem.

Hic promereantur omnes petita acquirere
Et adepta poſſidere cũ ſanctis perenniter
Paradiſum introire tranſlati in requiem.

¶ hic.ſ.in ſacra eccleſia: vel hic .i.in iſto loco congregatio omnium fidelium vel omnes fideles:promereantur.i. mereantur:acquirere.i.adipiſci ⁊ obtinere petita.i.iuſtas ⁊ ſanctas ſuas petitiones:⁊ mereantur poſſidere.i.retinere:perenniter.i.perpetuo: adepta.i.precibus ſuis acquiſita:⁊ mereantur:introire.i.ingredi: paradiſum.i.celum cum ſanctis.i.iuſtis:fideles dico tranſlati in requiem.i. in gaudium ſempiternum. Amen.

¶ Finis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Primo dierum omnium quo mundus extat conditus. 4
Eterne rerum conditor:noctem diemqꝫ qui regis. 6
Nocte ſurgentes vigilemus omnes:ſemper in pſalmis. 7
Ecce iam noctis tenuatur vmbra:lucis aurora. 5
Jam lucis orto ſydere:deum precemur ſupplices. 5
Nunc ſancte nobis ſpiritus:vnum patri cum filio. 9
Rector potens verax deus:qui temperas rerum vices. 10
Rerum deus tenax vigor:immotus in te permanens. 10
Lucis creator optime:lucem dierum proferens. 11
Te lucis ante terminum:rerum creator poſcimus. 11
Chriſte qui lux es ⁊ dies:noctis tenenebras detegis. 12
Immenſe celi conditor:qui mixta ne confunderet. 13
Somno refectis artubus:ſpreto cubili ſurgimus. 13
Splendor paternę glorię:de luce lucem proferens. 14
Conſors paterni luminis:lux ipſe lucis ⁊ dies. 14
Ales diei nuncius:lucem propinquam precinat. 14
Telluris ingens conditor:mundi ſolum qui eruens. 16
Rerum creator optime:creatorqꝫ noſter aſpice. 16
Nox ⁊ tenebrę ⁊ nubila:confuſa mundi ⁊ turbida. 17
Cęli deus ſanctiſſime:qui lucidum centrum poli. 17
Nox atra rerum contegit:terrę colores omnium. 18
Lux ecce ſurgit aurea:pellens fatiſcat cęcitas. 19
Magnę deus potentię:quis ex aquis ortum genus: 19
Tu trinitatis vnitas:orbem potenter qui regis.
Eterna cęli gloria:beata ſpes mortalium.
Plaſmator hominis deus:qui cuncta ſolus ordinans.
Summę deus clementię:mundiqꝫ factor machinę.
Aurora iam ſpargit polum:terris dies.
O lux beata trinitas:⁊ principalis vnitas.
Conditor alme ſiderum:ęterna lux credentium.
Verbum ſupernum prodiens: a patre olim exiens.
Vox clara ecce intonat:obſcura quęqꝫ increpat.
Veni redemptor gentium:oſtende partum virginis.
Chriſte redemptor gentium:ex patre patris vnice.
A ſolis ortus cardine: ad vſqꝫ terrę limitem.
Nuncium vobis fero de ſupernis:natus eſt xp̄s dn̄ator orbis.
Hoſtis herodes impie:chriſtum venire quid times.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

# Tabula hymnorum.

Aue maris ſtella dei mater alma.
Quem terra ponthus ethera:colunt/adorant prędicant.
O glorioſa domina excelſa ſupra ſidera.
Quod chorus vatum:venerandus olim.
O q̄ glorifica luce coruſcas:ſtirps dauitice regia proles.
Martyris ecce dies agathę:virginis emicat eximię.
Chriſte ſanctoꝝ decus atq; virtus vita ⁊ forma via lux ⁊ ſalus.
Jam chriſte ſol iuſticię mentis dehiſcant.
Audi benigne conditor noſtras preces cum fletibus.
Clarum decus ieiunij:monſtratur orbi cęlitus.
Ex more docti myſtico:ſeruemus hoc ieiunium
Dicamus omnes cernui:clamemus atq; ſinguli.
Vexilla regis prodeunt:fulget crucis myſterium.
Pange lingua glorioſi:pręlium certaminis.
Luſtra ſex qui iam peracta:tempus implens corporis.
Chorus nouę hieruſalem:noua melos dulcedine. 40
Rex ęterne domine:rerum creator omnium. 41
Aurora lucis rutilat:cęlum laudibus intonat. 42
Ad cęnam agni prouidi:⁊ ſtolis albis candidi. 43
Aeterne rex altiſſime:redemptor ⁊ fidelium. 44
Jeſu noſtra redemptio:amor ⁊ deſiderium. 45
Veni creator ſpiritus:mentes tuorum viſita.
Jam chriſtus aſtra aſcenderat:regreſſus vnde venerat. 46
Beata nobis gaudia:anni reduxit orbita. 47
Pange lingua glorioſi:corporis myſterium. 48
Sacris ſolennijs:iuncta ſint gaudia. 51
Ut queāt laxis reſonare fibris:mira geſtoꝝ famuli tuorum.
O nimis felix meritiq; celſi:neſciens labem niuei pudoris. 52
Felix per omnes feſtum mundi cardines. 53
Aurea luce ⁊ decore roſeo:lux lucis omne. 54
Doctor egregie Paule mores inſtrue.
Tibi chriſte ſplendor patris:vita virtus. 56
Chriſte ſanctorum:decus angelorum.
Chriſte redemptor omnium:conſerua tuos famulos. 57
Jeſus ſaluator ſeculi:redemptis ope. 58
Rex chriſte martini decus:hic laus tua.
Martine par apoſtolis:feſtum colentes. 59

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

# Tabula hymnorum.

Exultet cœlum laudibus:reſultet terra gaudijs.
Aeterna chriſti munera:apoſtolorum gloria. 60
Sanctorū meritis inclyta gaudia:pangamus ſocij geſtaq; fortia.
Rex glorioſe martyrum:corona confitentium 61
Deus tuorum militum:ſors et corona premium. 62
Martyr dei qui vnicum:patris ſequendo filium.
Iſte confeſſor domini ſacratus:feſta plebs cuius celebrat.
Ieſu corona virginum:quem mater illa concepit. 63
Uirginis proles opifexq; matris:virgo quem geſſit. 63
Urbs beata hieruſalem:dicta pacis viſio. 64

¶ IN INCLYTA LVCRONIO IN
ædibus Michaelis de Eguia. Anno a ſa
lute reſtituta. M. D. xxviii.
Menſe Auguſto.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

omo quedan ferebat facex
ligeun sican superhapamaro

C ORI

Damis

Damisti



Frco chamizo



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

T
BIBLIOT
Sala...
Númer

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

TOLEDO
[B]IBLIOTECA PROVINCIAL
[Sal]a Reservado
[Nú]mero 953

Res
953

Ministerio de Educa[ción]